CHRONOLOGIA. HOC EST, TEMPORVM DEMONSTRATIO EXACTISSIMA, AB INITIO MVNDI, VSQVE AD ANNVM DOMINI M. D. LXVIII. EX ECLIPSIBVS ET OBSERVATIONIBVS ASTRONOMIcis omnium temporum, sacris quoq; Biblijs, & optimis quibusq; Scriptoribus summa fide concinnata.

AVCTORE
GERARDO MERCATORE,
Illustriss. Ducis Iuliæ, Cliuiæ, Bergis, &c.
Cosmographo.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD HAEREDES
ARNOLDI BIRCKMANNI.
ANNO CHRISTI, M. D. LXIX.
Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest. ad decennium.

R. V. O.

ONVPHRII PANVINII DE MERCATORIS CRONICO SENTENTIA.

Onuphrius Panuinius Veronensis, Ioanni Metello Sequano Iurisconsulto, S. P. D. Coloniam Agrippinam.



MNIBVS quidem, quæ mihi, vel vnquam post tuum ab vrbe discessum grata cõtigere, longe multoq́ gratior accidit Epistola tua. Scis enim me tuis eruditis sermonibus, dum hic esses, valde fuisse delectatũ. Quos tu etiam acutis salibus, nam memini, condiebas. Tu me porro, ad hoc Antiquitatis in qua iam aliquot annos versor, & Historiæ cognoscendæ studium, primus omnium excitasti. Planeq́ præstitisti cohortatione tua: vt Fastos meos colligerem. In qua re, tu me quoq; scriptis aliquot tuis iuuisti. Antonius verò Augustinus totus ille tuus, qui cum communia tibi, iuris ciuilis cæteraq́ studia, perpetuo fuerunt in Italia, nũc Ilerdensium apud suos Episcopus, me libris eo, & multis commentationibus prouocauit suis. Te igitur, merito tuo, plurimi facio. Huc & accedit: quod me abs te, probo, prudenti, docto, laudatoq́ viro, diligi, immò non mediocriter amari, reor. Te iam verò vehementius complector, Metelle, quoniam, quas colis optimas artes & studia, eas tu quà potes, ornas. Qua tu præclara erga me animi propensione incensus, aures denuo mihi vellicas: de libris meis, quorum indicem ad te miseram, edendis. Significas autem: eos à multis potissimum desiderari, qui Temporum omnium, Annorum, Imperatorum, Regum, Rerumq́ publicarum seriem, Vniuersalis Chronici titulo, complectũtur. illi nimirum, quod modo Gerardus Mercator edit, cuius aliquot terniones à vobis habui, non dissimile. De quo Mercatoris Chronico, quia iudicium meum, tamquam ab homine in ea palæstra, sic enim mihi illudis, iamdiu exercitato, nunc exquiris, sic habeto. Equidem, Metelle, sic sentio: nullum omnino doctrinæ genus, magis inexplicatum esse, quam Temporum. Quæ qui iactant se, ex Hebræorũ Cabala restituere, num oleum & operam ludant, ipsi viderint. Vtinam ergo, mihi, cum Mercatore, viro, etiam ex paucis illis quæ nuper à te accepi, at recte ni fallor conijcio, summæ diligentiæ, ac doctrinæ: coram, de tanta difficultate, conferre licuisset, vel iam certe, liceret. Nam: etsi recte fortassis, in quibusdam dissentire me ab eo posse iudico: tamen, mutuis colloquijs eueniret: vt in meam ipse sententiam iret pedibus, aut suam ego planè sequerer. Nempè: quo rem plenius intelligas, atque pænitius: cum omnis Temporum controuersia, vel de ijs sit, quæ natum Christum præcessere, vel post ea fluxere: de ijs, quæ Christum insequuta sunt, nulla ego in re planè, hæreo. Tẽpora verò, quæ Christum antecesserunt, Historicis nostris, vel Sacra sunt, vel, vti nunc aiunt, Profana nuncupantur. Ex his quidem, Sacra, mihi sunt admodum expedita, certaque. Mundi videlicet, Iubilæi, Sabbathi, Hebdomadarum: tum etiam, Patriarcharum, Iudicum, Regum, ac Sacerdotum. Profanorum autem, Romana, Græcaq́, ad vnguem me nosse iam arbitror. Atque ex Barbaris, maiorem potioremq́ partem. In Aegyptijs tantum, nonnihil mihi dubij relinquitur: ac tamen, vti Mercator tuus, breui futurus quoque noster, ad calculum, eos annos, ex Solis Lunæq́ motu cursuq́, reuoco. Quorum Planetarum perquam multa deliquia, ea præsertim, quæ ante Christum acciderũt, Temporibus diligentius expendendis, atque perscrutandis, collegi. quæ, dum vacabit, tibi describi curabo. Itaq; quod ad Sacros Annos pertinet, tum Romanos, cum Mercatore libens admodum dissererem. quoniam eorum digestio, quam esse multo clarissimam & apertissimam conuenit, primum intuenti, paulò subobscurior esse videatur. Neque diffido: me, multa suppeditare ipsi posse, quæ literis familiariter scriptis non ita commode queunt explicari: è quibus, ipse, diligentiam in Temporibus emendandis meam, necnon studium propemodum indefessum, clarè perspiciet. Sed hoc ego palàm, de Mercatore, libereq́, profiteor: ex omnibus, quos hactenus, in hoc studiorum genere mihi videre licuit, vniuersos autem qui exstant, legi, neminem existere: cui ego, iure sanè, Mercatorem tuum: siue res spectes, & ordinem, siue iudicium, & industriam intueare: siue motuum cælestium, quantum ad hæc attinet, animaduersionem consideres: longe non præferam. Quam ob rem, à te, per amicitiæ nostræ Sacra peto: vt eum tu mihi, propter communia, Temporum saltem, studia, familiarem, dum eum conuenies, vel ad eum scribet Bircmannus Arnoldus, vltro reddas. De Conciliorum ordine, quem in editis obseruari debere censes, scribo tibi sententiam meam, copiosius. Quam, cum Octauio Pantagatho Pacato Brixiensi, cognomento Patre, communicare, sic enim volebas, haud potui. neque Chronici Mercatoris terniones. Nam XIV. Kalend. Ianuarias, ex hac vita, in cœlum, at Christiane, piè, integrisq́ sensibus, migrauit. Tui antea sæpe, immò fære semper, meminit. Cumq́ priores tuas litteras, aliquanto ante quam moreretur, ei decumbenti legissem, eũq́ tuo nomine, diligenter salutassem: se, ad te scripsisse, retulit. te minimè respondisse verò, querebatur. Se multo libentius hinc discessurum, si te semel ipse saltem, conspiceret: aduersa valetudine, quadriennium circiter integrũ, quemadmodum te monuit, tentatus. Stupor enim membra, corporis altera parte tota, tamdiu, crudeliter occupauit. Quem morbum, constantissimè, patienterq́, tulit. exemplumq́ perpetuum ipse, omnibus eo præbuit, eximiæ pietatis. qua, cæteris certè quos Romæ nouimus, præcellere visus est. Ergo: Italiæ nostræ, in litteris, iste

)(Varro,

Varro, annis tamen septuaginta paulò maior, obijt. Quem virum, propter exactum in omnibus disciplinis iudicium, acumen ingenij, præclaram memoriam, reconditam doctrinam, morum elegantiam, excellentem prudentiam, integritatemq́ vitæ summam: omnes nostri, iure meritoq́ lugent. Nihil hic, vti tute scis, adfectibus ego, vel nimio amori meo, sed veritati soli, tribuo. Et hæc ad te maximè: quia te, totum, in oculis ac sermone, gerebat. Tum etiam: quod ille quoque, Chronicon, multis admodum ab hinc annis, eadem qua Mercator ratione, sibi conscripserat. Tempora correxerat: & ingeniosè, & eruditè, incredibiliq́ cum diligentia. Quam enim omnes historias tenuerit, haud ignoras. Ex eo Chronico, multa, cur enim hoc, vel negem ingratus, vel dissimulem? hausi: primumq́ Temporum restitutionem didici. Infinita alia propè, ab eo viro accepi. Nam, apud eum fui frequens. At tu, Metelle, quod est vnum iam reliquum, Bircmanno, de me, omnia polliceare. &, vt illud Mercatoris Chronicon, eius opera, cumprimum perfectũ erit, ad me perferatur, effice. quo, præclaros illos, eruditosq́ labores, ego, cum meis conferam, totumq́ librum legendo breui teram: nenon, quid, quáq; inter nos conuenit, te statim, vti decet ac iubes, monere possim. Vale. IV. Nonas Ianuarias. M. D. LXVIII. Romæ.

In Chronicon Gerardi Mercatoris,
Io. Metellus Sequanus.

Tempora, quæ rebus vatiè digesta per Annos,
Obscuram faciunt omnibus Historiam,
Corrigis, à Cæli stellantis munere Motus,
Corrigis, obscuri lumine Deliquij.
Annales igitur, Cælo gratissimus, omnes
Illustras, certa Temporis historia.

Idem.

Tempora restituis Gestis errata vetustis,
Tempora, quæ Cæli fœdere certa tibi.
Corrigis à Cælo Fastos, describis & Vrbes,
Præclari & quidquid Maximus Orbis habet.
Te duce sic ergo, Cæli & conuexa pererrat,
Nunc meat & Terras, verior Historia.

Andreæ Papij Gandaui.

Cum fastos tenero cæli Mercator ab ortu
Deducens, hominum facta genusq; canit:
Annorum & numeros, & tot discrimina primus
Conciliat, magni viribus ingenij:
Sic illi parta est non vna laude corona,
Quod gesta & gestis tempora certa dedit.

CASTI-

CLARISSIMO AMPLISSIMOQVE VIRO D. HENRICO BARSIO OLIFERIO I. V. DOCT. ET ILLVSTRISSIMI DVCIS CLIVIAE &c. CANCELLARIO DIGNISSIMO, PATRONO ET MECOENATI SVO BENIGNISSIMO GERARDVS MERCATOR S. D.




CELEBRIS olim mos fuit, vir clarissime, &, vt eleganter Plinius inquit humanissima ambitio, memoriam eorum qui bene de republica meriti essent prorogare, & positis statuis imaginibusq;, æternitati consecrare: magnum sanè hoc ad virtutem incitamentum fuit, non modo ijs qui rebus gerendis præerant, aut excellenti aliquo naturæ dono iuuandæ reipublicæ commodo cæteris præualerent, verum etiam plebeis hominibus, quorum non exigua laus est suum quemq; officiū strenuè peragere & salutaris quæstus bene de se meritos amare & colere. Ita enim optimus reipublicæ status gignitur: in quo mutuo amore & beneuolentia se complectuntur præeminentia & subiectio, Dominium & obsequium, patrocinium & clientela, vt vna superioris inferiorisq; status ciuitas vnum corpus in affectuum vnitate & concordia coalescat. Magnam peperit Arato Acheorum gratiam & beneuolentiam sua liberalitas, & libertatis vindicandæ studium, magnam vicissim ille prudentia sua & dexteritate libertatem & securitatē patriæ contulit. Euagoræ benignitas & moderatio Athenas ad humaniores reduxit mores et consilium auxiliumque attulit: fatigatas sub iugo Lacedemoniorum, libertati restituit, vnde dignus est habitus ille, cur statua prope Iouis seruatoris simulachrum, erigeretur, et facti magnitudine cum Ioue collato gloria cumularetur. Sic Cydon Eleus ob deletam Aristotimi tyrannidem, Theseus ob mactatum taurum Marathonium, et Pulydamas ob confectum leonem, statuas et nominis perpetuitatem meruerunt, populus vero sub illorum patrocinio fœliciter egit. Neque vero in publicis tantum locis hic honor benemeritis à ciuibus deferebatur, sed ita erga beneficos pia gratitudinis contentio inualuit, vt etiam in priuatis domibus atque atrijs clientum honos, teste Plinio, hoc modo patronos suos colere instituerit: et merito quidem cum hic mos iam inoleuisset, & naturæ humanitatisque lex illum amare & colere iubeat, à quo beneuolentiam aut vitæ subsidia præsidiaue percipimus, illum venerari & amanter obsequio prosequi, qui benignē præest quæ lex vniuersæ societatis humanæ anima & omnis concordiæ naturale principium est. A qua cum neque ego alienus vnquam fuerim, sed prompto semper erga omnes homines animo, & quantum mea fert sors cuilibet commodare paratissimo vixerim, ipse mihi displicerem & veterem humanitatem exuisse viderer, si non benignissimum tuum erga me animum, et vigilans patrocinium aliquo gratitudinis sacramento palam testatum facerem. Cum primùm in Cliuiam commigrâssem vnus præ cæteris me amplexus es, sponte fautor factus, et quidem eximius, obseruabat enim tua prudentia in me, si non eloquentiam, quam neque natura neque exercitium dedit, si non insignem eruditionem, quam memoriæ labilitas remorata est, esse tamen modestiam & diligens boni aliquid in republica præstandi studium. Quæ virtutis qualiacunque initia ipse virtutis amantissimus beneuolo animo complexus es, fouisti ac promouisti semper, & me in numero clientum tuorum non vltimum habuisti, quemadmodum res ipsa iam aliquot annis docuit. Cum enim ob beneficium reipublicæ præstitum, Phrynondas quispiam, et occultus hostis in me insurgeret, et Illustrissimus Princeps, dominus meus clementissimus innocentiæ meæ defensionem Consiliarijs suis demādasset, inter multorum bonorum virorum patrocinia tuum præ cæteris enituit, & quanquā secretissimis artibus suas in me insidias tenderet aduersarius, oculata tamen vtrinque tua prudentia fraudem sensit, iniquissimè pressum tutata est & insontem defendit alacriter. Quæ beneficia quum non in me solum collata sunt sed in rempublicam quoque redundent vt quæ reipublicæ operam nauanti opitulata sunt, iniquus ego tum in ipsa tum in rempublicam haberi possem, si non eadem toti mundo panderem, & eos quibus hic meus qualiscunque labor vtilis aut gratus erit, tuæ gratiæ deuinctos ostenderem. Etsi autem huiusmodi gratitudinis monumenta veterum statuæ, quæ viri corpus aut effigiem imitabantur essent: præclariores tamen statuas, & verè profecto, existimauit Plutarchus in Cimone eas, quibus animi mores ingenium & fortitudo ob oculos statuerentur. Ita Lucullum ille virum quidem Romanum, sed qui Chæronensium ciuitati patriæ ipsius salutare testimonium tulisset, non contentus fuit olim publice in foro, posita iuxta Liberum patrem statua honoratum esse, sed viua ma-

gis icone, oratione nimirùm, eius elogia describere voluit, & virtutis præmia illius meritis persoluere. Postquàm ergo vir clarissime perpetuam tuam erga me benignitatem, fauorem, defensionem, & patrocinium prædicare merito debeo, & omnino opto: non honestius id facere posse mihi videor quàm si commemoratis tuis in me beneficijs meum tuumque opus, hoc est quod sub tuæ defensionis præsidio quadriennio ferè elaboraui eorundem testem & symbolum faciam. Hanc igitur qualemcunque statuam non stantem & fixam, sed per manus hominum ambulaturam, non mutam sed suo modo loquentem Tuæ Amplitudini destinatam pono dedico consecroq;, qua & tuam erga me beneficentiam, & meam erga tam amicum & promptum patronum gratitudinem & reuerentiam toti mundo testatam volo, optoque vt tuo exemplo omnes qui præsunt modestos, æquos, rectos corde, & pijs studijs deditos ament iuuent promoueantq;, & eorum innocentiam defendant, quo labor & opera eorum in tranquillitate successum inueniant. Bene sit omnibus qui sic præsunt, bene sit tibi vir clarissime, Dominus Tuam Amplitudinem diu nobis incolumen seruet.

Teutoburgi 16. Calend. Septemb.
1568.

PRAEFA-



PRAEFATIO AD LECTOREM.



VM Geographiæ studium primum amplexus essem studiose Lector, & eius occasione cælestium quoque rerum speculationi, sine qua perfici illa nequit animũ adiecissem, magna me vtriusque consensus & mutuum inuentionis subsidiũ voluptate affecit, ominabarque augustius aliquid se prodi turum si non terrarum tantum descriptioni intenderem, sed celestia terrenis iungens totius mundanæ machinæ contemplationem susciperem, & partium eius (quatenus huic professioni competit) positiones motus atque ordinem, & ad inuicem magnitudines respectusque considerarem videbam enim hoc modo primam rerum omnium naturalium historiam ob oculos positum iri, & vniuersæ naturalis philosophiæ obiecta primaria describi, fundamentaq; erui vnde recta de natura rerũ tractatio institui & ad virtutem progredi posset, adeoq; Cosmographiam primum omnis philosophiæ naturalis principium & exordium merito dicendam esse, nemo enim negare potest scientiam omnem naturalem à rebus sensu perceptis siue vt inquit Aristoteles à posterioribus initium habere, hoc est ex ijs effectibus qui sensu percepti sunt causas indagari atque ita scientiam colligi, quinimo nec principia ipsa quæ vocant demonstrationum, tametsi indemonstrabilia sunt, quòd priora in cognitione nulla habeant per quæ demonstrari possint, non prius tamen agnoscuntur & principij rationem obtinent quàm consentanea sensibilibus rebus intelliguntur, Vsqueadeo mentis ratiocinatio à corporis sensu, donec illi implicata est, initium sumit & dependet, vt recte Plato in Menone & Phedone cum scientiam esse reminiscentiam docere vellet, ipsam adhibita tantum interrogatione ex obiectorum oculari inspectione inducit, Quamobrem cum primas potioresq; sensibiles mũdi partes, vnde generatio essentia naturaq; reliquorum dependet, in medium adferre atque describere, ac veluti oculis eorum essentiam subijcere Cosmographiæ sit officium & quidem proprium, non iniuria eam omnis naturalis philosophiæ exordium ac veluti fundamentum appellabimus, de quo alias plura deo volente disseram. Memor itaque veteris illius prouerbij quo spartam quisque suam exornare præcipitur, simulq; perpendens quòd non nobis sed reipublicæ ac deo nascimur, existimaui nõ alienum me à boni ciuis officio, nec inutile aut doctis viris ingratum facturum, si hoc quod suscepi studium & professionem quibuscunque possem modis excolerem, & diuinum dei opificium pro mea virili illustrare conarer, in quem scopum omnem deinceps operam, omnem lectionem, omnemque meditationem contuli, quo dignum aliquid lucernis & vlteriore inquisitione inuenirem, & inueni quidem tandem varia, quæ si peruestigari possent & absolui, cedro digna fierent, verum nostra fateor ingenij perspicacitas tanta non est vt eorum altitudinem attingere, neq; tam opulenta vena vt magnificentiam eorum reddere valeat, veruntamen cum etiam sit aliquid prodire tenus si non datur vltra, vt inquit Horatius, opinor neminem vicio daturum, si qua possum facultate quæ data sunt à domino, reipublicæ cui debentur persoluam, quòd si quid imperfectum, si quid non satis politũ protulero, complebunt doctiores, & ornabunt cultiores, ego vbi quod valeo præstitero non inuitus alteri lampadem tradam. Statueram initio duas mundi partes, cælestem nimirum & terrestrem pertractare, & cælestium quidem corporum circuitus, distantias, magnitudines, radiorum proiectiones reflectiones & commistiones considerare, terrestris verò situm magnitudinem diuisionem, pondus, inæqualitatem, ad mare & cælos habitudinem & huiusmodi plura disquirere, eorũq; descriptione Cosmographiam absolui opinabar, verum cum animaduerterem huiusmodi descriptionem nihil aliud quàm primarum maximarumq; mundi partium historiam esse, historiam autem primũ in omni philosophiæ studio locum & gradum obtinere, cogitaui tum demum recte hanc descriptionem siue mundi historiam institutam fore, si primam huius machinæ originem & præcipuarum eius partium genesim diligenti contemplatione peruestigarem, ita enim de singulorum natura & potentia facilius iudicium futurum esse, & ad recte de mundo philosophandum initium illud dari, quod primum in omni physica consideratione merito esse debet. Itaque à mundi exordio historiam hanc ordiri propositũ fuit, & ex primo capite Genesis principia vniuersæ naturæ scrutari ac rem totam velut ab ouo inchoare, sic iam tres operis concepti partes nactus eram, primam mundi genesim, secundam cælestium rerum, tertiã terræ marisq; descriptionem. Porro vt vidi Geographiam absolui non posse, immo ne intelligi quidem recte sine regum qui vrbes regnaq; condiderunt tempore ordine & successu cognito, accessit quarta pars Genealogicon, in quo dum primam operam collocassem, ne quid eius ignorantia in reliquis me falleret, deprehendi & hoc opere prius quiddam in inquisitione esse, videlicet tempo-

rum certam rationem, quam nunc qua potuimus industria concinnatam & cōsummatam damus. Igitur quinque iam Cosmographiæ tomos concepimus, quorum postremi duo etiamsi ad illam non admodum pertinere cuiquam videri possint, habent tamen necessariam vt dixi appendentiam, & cum duplex tantum sit historia, naturæ & rerum gestarum, omnisque descriptio ad alterutram pertinere eiusque pars esse debeat, non iniustè temporum à cælo productorum logisticam Cosmographia sibi vendicabit, genealogiæ quoque cum ad actiones voluntarias non egrediantur, sed in naturæ operatione hæreant, magis ad Cosmographiam quæ vniuersæ naturalis historiæ primordia exhibet, quàm ad rerum gestarum historiam pertinere videntur. Iam & Chorographiam cum sit pars Geographiæ adeoque Cosmographiæ propria, nemo tamen dubitat solis pene rebus gerendis seruire, & maximè ad rerum gestarum, minime autem ad naturalium historiam respicere, vnde Cosmographiam tametsi naturalis historiæ initium ac pars sit, vtriusque tamen historiæ, & naturalis & actionum humanarum seruitio destinatam esse: facile est intelligere, quamobrem & tempora & personas describere non minus erit Cosmographi, quàm cælum terramque depingere, & vrbes flumina ac populos suis locis disponere, vt quinque omnino sectiones Cosmographia tractandas recipiat, easque sibi propriè arrogare videatur, quibus quàm commodè & vtiliter vtrique historiæ subseruiat, quàm idoneum ad omnem philosophiam iuxta veritatem tractandam subsidium ferat, tum latius declarabo cum ad principium totius operis ventum erit, quod vt difficillimum in postremum locum seruandum est, primum autem iuuante domino diligentem operam nauabo vt genealogias omnium antiquorum temporum, quas historiæ pandunt iuxta ordinem temporum in formam chronici colligam, et quas quisque regum vrbes condiderit, quæ regna instituerit, quos colonos diduxerit, & reliqua ad geographiam spectantia studiosè annotabo vt quàm maximè historiæ intelligendæ & Geographiæ perficiendæ subseruiat, proximo loco Geographicum opus concepi tribus partibus constans, in quarum prima recentior terrarum & regnorum pictura continebitur, in secunda Ptolomei tabulæ ad illius mentem quantum fieri poterit restitutæ, in tertia vetus geographia castigata & ampliata reddetur, demùm ad perlustrandum mundi genesim, et deductas ex prima materia præcipuas eius partes describendū totus incumbam, si dominus vitam & sanitatem largitus fuerit. Quibus pulcherrimis vtilissimis simulque difficillimis studijs licet totus sim addictus amice lector (vt paulisper digrediar admitte quæso) nec sit in toto rerum humanarum numero quo magis delecter, ita vt molestæ penè sint aliæ etiam necessariæ occupationes, tamen est malignissimus homo & veterator pessimus, qui me aliquot iam annis exagitans, turpissimis occupationibus deditum fingere audet, & famosorum scurrilium que libellorum, ac aliorum nescio quorum scelerum apud magnos viros insimulare non veretur, quo illorum odijs me obnoxium faciat & inueniat tandem cuius manu me è medio tollat, iuxta atrocissimarum minarū, quæ annis 63. et 64. Calend. Maij mihi in hortū missę fuerunt sententiam, atque hæc ita astutè et callide agit, vt nec autor facile deprehendi, nec facti sufficiens documentum commode haberi posit, cum ego neque de ipso quicunque sit, neque de quoquam mortalium vnquam malè meritus sim, nisi si quem ledat probitas & boni ciuis erga rempublicam studium, in quo fateor me quod debui, nihil tamen præter æquitatem & vocationem præstitisse, vt clarissimis testimonijs docere possum, qua de causa summā ab hoc homine iniuriam patior, cui tamen interim nihil ego priùs vnquam optaui, quàm vt vir bonus fiat, cæterum hoc velim cuiuscunque ordinis viros rogatum, vt clancularium hunc calumniatorem vel non audiant, vel si de mea fide dubitent, illius delationes prodant, neque cum illo cōmittant, dispeream nisi voluntarium hostem & sycophantam esse docuero, ego enim non nisi recti mihi cōscius sum, & probitatis ac modestiæ amplissima testimonia exhibere possum, quòd si quis falsa huiusmodi hominis delatione suo nomini irrogatam ignominiam vilipendendam putet, factumq; silentio omnino premere velit, vicissim ego hoc ex æquitate postulo, vt inauditæ inconuictæque partis conditio non deterior fraudulenti delatoris conditione habeatur, sed quem res ipsa innocētem declaratura erat, eum nulla sinistræ suspicionis aut simultatis assumptio premat. Nō istis hìc te occupaturus eram lector nisi insatiabilem aduersarij malitiam necdum ab occultis machinationibus abstinere sensissem, & necessitas aliqualem innocentiæ meæ defensionem extorsisset, non enim noui ego apud quos quàm multos quàm procul dissitos quamque grauiter me deformet ista Libyca bestia, vt priuatis me scriptis apud eos purgare possim, hoc tamen sentio nonnunquam, eos quibus mea cōuersatio & studium ignota sunt, in malam de me suspicionē trahi, quare coactus fui hac publica protestatione meā innocentiā à clamdestinis calumnijs vindicare, & bonos viros orare ne se ab huiusmodi calumniatoribus falli & deludi

deludi patiantur, sed delationes illorũ prodant, quo innocentiæ meæ defendendæ locus detur, & horum nominis honos ab impostoris iniurijs vindicetur. Hanc ergo meam digreßiunculam boni consule lector, nunc ad institutum reuertor. Ad chronologiam cum inquisitio cosmographicæ perfectionis me adduxisset, non excedendos tamen esse eius profeßionis limites, neq; longiùs rerũ gestarum historiam ingrediendam existimaui, sed ea tantùm argumẽta & testimonia proferenda esse ex quibus vniuersi temporis variè facta distributio, & nihilominus vbiq; sibijpsi cõsentanea, totius tẽporis & omnium eius partiũ veram magnitudinẽ concluderet, quia tamen sine omni historiæ tractatione hoc fieri nequit, & iam pluriũ monarcharũ ac regum tẽpora & anni in demonstrationem assumendi erant, neq; rursum sine forma chronici euidens & perspicua temporũ demonstratio esse poterat, omnino vtile & necessariũ fuit sic demonstrationem hanc instituere, vt etiam chronicon esset generale ad vniuersalis historiæ tam ecclesiasticæ quàm ciuilis lectionẽ accommodũ, quapropter vetusta illa regna, quæ apud Eusebiũ sunt, & in primis quatuor monarchias accuratè inscribere, tum etiam potiora regna quæ his ad demolitionem fuerunt, similiter & pontificum Romanorũ successus & annos addere fuit sententia, plura aũt ex historijs inducere, quàm quæ ad temporũ magnitudines & distantias definiendas necessaria essent, non modo non necessariũ verũ etiam incommodũ planè erat, nam pro generali chronico sufficit ea quæ dixi regna rectè aßignata, & distributa habere, et multitudo historiarũ ad demonstrationẽ nihil conferentiũ ipsam potiùs obscurat. Quare velim vt si quis ad ampliãdum hoc opus manũ aliquando admouerit, ne temerè quid addat quod ad horũ præcipuorum regnorũ tempora & articulos temporũ determinandos nõ requiratur. Longè vtilius est, si quis ita velit, singulorum regnorũ distincta chronica scribere, quàm in vnũ opus promiscuè omnia cõgerere ibi enim ordinate & sine legentis cõfusione induci potest inscriptionũ multitudo, hic vero minime, & demõstrationis perspicuitas facile inscriptionũ multitudine obfuscatur & obruitur cum nimis multiplex & particularis temporũ subdiuisio quæritur. Vsus aũt sum per singula tempora eorũ scriptorũ testimonijs quorũ in illis approbatior est fides, et quorũ supputationes inter se consentaneæ et cum infallibili calculo astronomico cõcordes reperiuntur, quales frequẽter sunt qui à Diodoro Siculo, Iosepho, Clemẽte Alexandrino, Eusebio, similibusq; fide dignißimis autoribus citantur, quæ tametsi fragmenta subinde exigua tantum sint, plurimum tamen ad aliorum scriptorum iudicandas sententias et delectũ earũ habendum faciunt, quo ipsa veritas ex opinionũ multitudine innotescat et secernatur, Nonnunquã etiam sententias addidi ipsum propositũ momentum non omnino attingentes sed vero proximas, vt vel nõ maiora vel non minora positione nostra debere poni interstitia docerẽ, aut etiam autorũ proximè verum dicentiũ fidem ostenderem. Ex Berosi et Manethonis scriptis quæ publicata sunt à Ioanne Annio Viterbiensi si verę ipsorum scripta fuissent plura in hoc opus referri poterant, quæ multum lucis antiquißimis temporibus et historijs allatura erant, sed supposititia esse plane ex Iosepho contra Appionẽ constat. Is enim lib. 1. tradit Berosum à diluuio vsq; ad Nabugodonosorem et Hierosolymæ euersionem historiam suam tribus libris prosequutũ esse cum hic Berosus ad Ascatadem tantum perueniat, idq; libris 5. Præterea eorũ quæ Iosephus ex Beroso longis contextibus citat, ne iota quidẽ in hoc Annij Beroso inuenitur, omitto nugas et crassa mendacia quæ genealogijs insunt, quorũ tam laudatum apud oẽs scriptorem autorẽ facere pudor esset, longũ esset ea hic recensere et detegere, cõmodius breuiusq; id in Genealogico fiet. Manethonis eadem apud Iosephum disparitas est, et longè altiùs ille historiam eius inchoatam notat quàm Annianus habeat Manetho, quare cum hic suam historiam inde vbi Berosus desijt ordiri se dicat, et ab Ascatade initium faciat, quis non videat duplici mendacio et Manethonem hunc et Berosum illi adiunctum falsitatis argui? tum etiam longe diuersam regũ Aegypti historiam ab Anniana editione citat Iosephus, vt nihil certius sit, quàm à studioso quidem antiquitatis quopiam, sed sine sufficiente iudicio hinc inde hos libellos conflatos esse. Eadem fraus et in Metasthene facta apparet cum ad Sardanapalum tantum Berosi historiam pertingere dicat. Hæc admonere volui quòd magni apud multos videam hos autores Annianos fieri, et somnia illorum de amplis statim à diluuio per omnes terras regnis pro veris haberi, cum meræ sint fabulæ, vt nihil ad nostram hanc exactam temporum dispositionem conferre potuerint, neque etiam aliquid inde ad operis amplificationem assumere volui, quod ab alijs quoque grauioribus scriptoribus traditum non esset, ne incerta pro certis obtrudere viderer. De vtilitate chronologię disserere nihil hîc opus esse putaui, ipsa enim historiarum lectio eius omnimodam neceßitatem secum adfert, & præsentißimum iuuamen ipsius statim prima historiæ chronologiæque collatione patescit, cum Chronologia sit veluti prima historiæ adumbra-

 tio

tio & rudis quædam imago, in qua primariæ partes iuxta magnitudinem, situm, & proportionem disponuntur, quas deinde perpoliens historia totam imaginem perficit, vt sine Chronologia confusa membrorum congeries & monstrum plane fiat historia, quocirca nec prophetię, cum sint historiæ siue actorum siue futurorum, non recte sine temporum præsignata distributione & commensuratione intelliguntur. Astronomica sine vera temporum suppositione plane concidunt, quorum traditionibus si detrimentum aliquod per hanc nostram demonstrationem inferatur Lector, id æquo feras animo precor, non enim data opera id à me quæsitum est, sed quod ipsa rerum se offerens veritas conspicuum fecit, ego obscurare non potui, plura & fortasse magis absurda in his (quatenus hucusque descripta fuerunt) inuenientur si quis exacte rimetur omnia, quibus emendandis merito docti viri aduigilare deberent vt pulcherrima ars suę integritati restituatur. Annorum spacia nõ temere eadem magnitudine continuaui, etiam vbi nihil erat quod asscriberem, valde enim illa æqualitas idonea & commoda est cum quis certum aliquem annorum numerum in consequentia vel antecedentia sine additionis aut subtractionis molestia computare volet, crescit quidem inde opus & pretium, sed compensat vtilitas, proinde hac dispositionem inuiolatam manere opto. In citandis autoribus frequenter paginarum numerum addo, & literam a, qua superiorem eius partem, aut b, qua inferiorem denoto, id feci eorum compendio qui loca à me allegata ipsi inspicere volent, ne tempus diu quærendo terant, quia vero non omnes eandem habent authorum æditionem qua ego vsus sum, addam hic allegatos à me autores, & in quibus paginas numero, in his locum & tempus quo excusi sunt pariterq; omnem paginarum summam addam, vt qui alia æditione vtuntur, ex paginarum summis collatis videant quantum numero paginarum à me posito addere aut demere debeant, differentia enim summarum in alterius æditionis paginas distribuenda venit, vt si in medio opere pagina quęratur, dimidium differentiæ numero à me posito addendum aut subtrahendum erit, si in tertia eius parte, aut quarta, aut quotacunq; alia, similis differentiæ pars addita aut subducta iustum paginarum numerum proxime ostendet.

AVTORES




AVTORES QVI IN OPERE CITANTVR.

Nicolaus

Nicolaus Gillius Les annales de France pag. 155. Paris. 1560.
Onuphrij Panuinij fasti Consulum & Imperatorũ. Item Romani Pontifices.
Oros. idem Paulus Orosius.
Pausamæ Græcia. pag. 438. Basil. 1550.
Pauli Aemilij hist. Franc. pag. 248. Paris. 1539.
Paulus Forosempronienſis episc. de paschate, & die dominicæ passionis.
Paulus Iouius de rebus Turcicis.
Paulus Orosius hist.
Platina de vitis pontificum.
Plinius pag. 671. Basil. 1539.
Plutarchi vitæ pag. 392. Basil. 1554.
Polybius hist. pag. 323. Basil. 1549.
Prosperi Aquitanici Chronicon adiunctũ Eusebio.
Ptolomei Almagestum pag. 511. Basileæ 1541.
Raphael Volaterranus.
Reginonis Pruniensis Chron.
Sabellicus historicus.
Schaf. id est Lamberti Schafnaburgensis Chron.
Sedar holam iunctus Calend. Hebr.
Sext. Victor adiunctus Suetonio.
Sigeberti Gemblacensis Chron.
Socratis eccles. hist. iuncta Eusebio.
Solinus.
Suetonius pag. 786. Basil. 1533.
Strabo pag. 797. Basil. 1549.
Suidas columnas habet 1088. Basil. 1564.
Tabulæ astron. Alfonsi.
Tabulæ Capitolinæ Antuerp. à Siluio excusæ 1561.
Tertullianus.
Til. idem Ioannes Tilius.
Titus Liuius pag. decadis. primæ 244. tertiæ 243. quartæ 211. quintæ 91. Basil. 1534.
Thomas Fazellus de rebus Siculis pag. 616. Panormi 1558.
Thucidides pag. 122. Paris. 1513.
Valerius Maximus.
Velleius Paterculus pag. 41. Paris. 1538.
Vergilius Maro.
Volater. id est Raphael Volaterranus.
Vrsper. idem Abbatis Vrspergensis Chron.
Vuilhelmi Tyrij Bellum sacrum.
Xenophontis opera pag. 678. Basil. 1545.
Zonaras hist. pag. tomo. 1. 223. 2. 248. 3. 246. Basil. 1557.

SVBIVN-



CASTIGATIONES.

Fecit insolita paginarum latitudo prelum nonnunquam excedens, vt quæ ego longius in margines extenderam, contrahi debuerint, quæ contractio in numeros demonstratorios aliquoties peccauit, cum meas rationes ignorarent impressores, Hos ergo lector, quia plurimum interest bene positos esse, sic in primis restituere debes.

Anno mundi

1657. vbi sic scribitur 1456.a. 1656. scribe 1059.a. 1659.

1694.	vbi sic	1659.c. dispone hoc modo	1659.c. 1724. 1724.
1659.	vbi	1657.a. sic pone	1657.a. 1694. 1694.
1758.	vbi	1724.c. sic	1724.c. 1788. 1788.
1724.	vbi	1694.a. sic	1694.a. 1758. 1758.
1820.	vbi	1788.c. scribe	1788.c. 1850. 1850.
1788.	vbi	1758.a. scribe	1758.a. 1820. 1820.
2024.	vbi	1949.b. scribe	1949.b. 2454. 2454.
3221.	vbi	3347.a. 4107. scribe 3477. 3644. 3679. 3733. 3794. 4092. 3248. 4060. 4045.	3347.a. 4107. 3477. 3644. 3679. 3733. 3794. 4092. 3248. 4060. 4045.
3920.	vbi	3925.a. scribe	3925.a. 3921. 3921.

3922.	vbi	3920.a. scribe	3920.a. 4330. 4330.
3925.	vbi	3981.a. scribe	3981.a. 3919. 3919.
3981.	vbi	4003.b. scribe	4003.b. 3925. 3925.
4007.	vbi	4021.a. scribe	4021.a. 4003. 4003.
4021.	vbi	4034.a. scribe	4034.a. 4007. 4007.
4034.	vbi	4035.b.b. scribe	4035.b. 4021. 4021.
4035.	vbi	4048.a. scribe	4048.a. 4034. 4034.
4048.	vbi	4064.b. scribe	4064.b. 4035. 4035.
4092.	vbi	3221.a. scribe 4084. 3477.	3221.a. 4084. 3477.
4102.	vbi	3284.a. scribe 4107.	3248.a. 4107.
4107.	vbi	3644.b. scribe 3688. 3536.	3644.b. 3688. 3536.
Ibidem	vbi	3221.a. scribe 3644. 4104. 4102.	3221.a. 3644. 4104. 4102.
4330.	vbi	3992.b. scribe	3922.b.

Si quid commode eradi ac rescribi non poterit, bitumine affixa chartula errorem tegat, ac nouam inscriptionem recipiat.

Reliqui errores notatu digni qui occurrerunt sic sunt castigandi.

Cap.1. facie 3. linea 26. pro Hegesta scribe Hegesia. Et linea 45. pro numero 506. lege hos ergo, &c. Et facie 11. versu 17. pro consentanei sunt, lege, consentanei sint.

Cap.2. in annot. cap.19. Matt. pro testibus Matthæus & Marcus, lege testibus Matthæo & Marco. Et in eodem sequente pagina, versu sic incipiente: cum eandem esse cum ilia, lege illa.

Cap.3. facie 1. linea 14. à fine, pro: solo opposito, lege sole opposito. Et sequente facie versu 15. à fine, pro: hora 6.23. lege 6.22. Et g. i. linea sic incipiente: tum si non recte, lege: si modo recte.

E regione anni mundi 1689. lege: ante qua bellum.
E regione 1691. lege: conseruatam fuisse.
1724. lege: Gen.11. v.14.
1910. le. berosus Annij.
1961. le. pro: col:383. lege, col. 883.
2092. le. Artapanus historicus.
2361. le. Epapho Ius & Iouis.
2363. le. mens.1.
2643. le. totam Peloponn.
3007. le. an. 35. Euseb.
3022. le. Sesonchosim vocat vt Iustino indite.
&: Amri solus fit rex Israhel.
3035. le. Excelsa & lucos.
3078. le. ex Tyriorum archiuis.
3084. le. Anacyndaraxes.
3156. le. Timeo Siculo.
3344. le. 1. anno serius.
3362. le. viri bellatores fugerunt noctu per viam.
3443. le. Amasis rex.
3448. le. bere debet, & ex vtraque vna histo:
3457. le. & Alcineonidas exules.
le. & illinc ad Dareum.
3490. le. Athenienses 14. Bœdromionis.
3634. le. tum hunc perfectum fuisse.
3636. le. primis erudito hiatum.
3638. le. & 11. post nocte.
post 3644. lege: quinque tamen sigillatim.
3649. le. castra mouit è Cappadocia.
3658. le. Hinc videtur Albategnius.
3665. le. M. Liuio Dentere.
3688. le. Antigonus Gonates.
3697. le. 17. 20. Libra.
3799. le. in Cœlen Syriam proces.
3805. le. pro Iudæorum deletione.
3810. le. cerdos gentium commistione.
3811. le. vsque, & 2. Mach.13.a.

3822. duo

3822. duo illa testimonia Vellei de destructa Carthagine ad finem anni Vrbis condita 606. referenda sunt, in quibus pro Hipporus lege Hipponis.

3823. lege: rabiam, vbi à Zabdiele.

3845. le. Fannius M. f. Cos. 8. Idus.

3887. le. & Q. Cæcilio Metello.

3913. le. pag. 37. a. b.

3915. in medio commentarij lege: Dion vero lib. 40. pag. 206. &:

post 3966. pro τῶν lege ἦν, Et pro: (addit autem, lege (addat autem.

3980. le. pha pag. 594. b.

le. Bathanea annis 22.

3996. comple parenthesin sic (complectitur tot:

4103. lege annis Aegyptijs 854. diebus 73. horis simpliciter 23. 50.

4106. in obseruatione, lege: Estque, pro Est quam

4197. lege 8. cal. Iunij occisus est, &c. & dele hanc parenthesin (mens. 1.)

4299. le. Bizantium mutato nomine Constantinop.

4315. le. no anno transposita esse, lege: nus cycli decemnoualis 8. & emb.

4328. lege, Anno 80. (lege 89.) ex die, &c. & totum hoc scriptum transfer in annum Domini 373. eo enim loco ponendum esse postea supputatione didici.

4370. le. 348. 360. natam.

4383. le. Scotus ex Paschasino.

4390. le. Celestinus.

4393. le. ab Hunis retenta fuerunt.

4441. le. Nepos qui Glicerium.

4449. le. Cauades rex Pers.

4555. le. Papiæ Autharis.

4912. le. Idibus Maij ann. 946.

5147. le. anno 1180. obijt Man.

5421. le. menses 3. dies 29.

5427. le. Vera oppositio fuit hora 1. 21. Et quod subsequitur: 11. Cal. Augusti, &c. totum deleatur, quia præcedente anno hoc recte scriptum est.

5451. le. ideoque in 7. climate.



SVBIVNGAM ET MENSES ALIQVOT NATIONVM, QVORVM IN HOC OPERE ET HISTORIARVM LECTIONE PRAEcipuus est vsus.

Hebræorum.

♈	Nisan,	1
	Iair vel Zius,	2
	Siuan,	3
♋	Thamus,	4
1	Ab,	5
2	Elul,	6
♎	Thisri,	7
4	Marhesuan aut Bul,	8
5	Kisleu,	9
♑	Thebet,	10
7	Sabath.	11
	Hic secundo aut tertio quoq; anno mensis Adar primus intercalatur.	
	Adar,	12.

Aegyptiorum veterum.

Thoth,	1
Phaophi,	2
Athir,	3
Chiac,	4
Tybi,	5
Mechir,	6
Phamenoth,	7
Pharmuti,	8
Pachon,	9
Pauni,	10
Epiphi,	11
Messori,	12.
Hic intercalantur quotannis 5, dies.	

Aegypt. neotericorum ex Albategnio.

	Tut,	1
♎	Bena,	2
	Accur,	3
	Cahiac,	4
♑	Tona,	5
	Amseir,	6
	Boronhor,	7
♈	Barmudha,	8
	Bascens,	9
	Boua,	10
♋	Abhib,	11
	Musre,	12.
	Dies 5. intercalares.	

Macedonum.

♎	Apelleus, alias Apuleus,	1
	Sydumeus, alijs Audynęus,	2
	Pyritius,	3
♑	Dystrus,	4
	Xanthicus.	5
	Artemisius,	6
♈	Dioscorus, vel Desius,	7
	Panemus,	8
	Dorus, alijs Loos,	9
♋	Gorpieus,	10
	Hyperboreus, alijs Hyperberetæus,	11
	Dius,	12.
	Mensem aliquando intercalant.	

Athenienſium.

♋	Hecatombeon,	1
	Metagitnion,	2
	Bœdromion,	3
♎	Memacterion,	4
	Pyanepsion,	5
	Anthesterion,	6
♑	Posideon,	7
	Gamelion,	8
	Elaphebolion,	9
♈	Munichion,	10
	Thargelion,	11
	Scirophorion,	12.
	Hic 2. vel 3. anno mensis vnus intercalatur.	

Cypriorum menses.

♈	Aphrodisius,	1
	Apogonicus,	2
	Aenicus,	3
♋	Iunius,	4
	Cæsarius,	5
	Sebastus,	6
♎	Autocratoricus,	7
	Demarchezasius,	8
	Plethypatus,	9
♑	Archiereus,	10
	Esthius,	11
	Romæus.	12.

Arabum & Saracenorum.

1	Almuharam habet dies	30
2	Saphar dies	29
3	Rabe primus,	30
4	Rabe secundus,	29
5	Gemedi primus,	30
6	Gemedi secundus,	29
7	Rage,	30
8	Sahaben,	29
9	Ramadan,	30
10	Sauel,	29
11	Dulchida,	30
12	Dulcheya,	29.
	Quarto quoq; anno intercalatur dies vnus.	

Persarum.

♎	Phordimech,	1
	Ardaimech,	2
	Cardaimech,	3
♑	Zirmech,	4
	Mardaymech,	5
	Sarembemech,	6
♈	Maheramech,	7
	Ebenmech,	8
	Hic intercalātur 5. dies.	
	Idramech,	9
♋	Dimech,	10
	Behmenech,	11
	Azfirdamech,	12.

PRIOR



PRIOR INDEX REGES CVIVSQVE REGNI EX ORDINE PONIT, NVMERVS PRIOR ANNOS QVIBVS REGNARUNT, posterior annum mundi quo regnare cæperunt, notat.

Sicyoniorum reges.

AEgyaleus	52.	1902
Europs	45.	1954
Telchin	20.	1999
Apis	25.	2019
Thelxion	52.	2044
Aegyrus	34.	2096
Thurimachus	45.	2130
Leucyppus	53.	2175.
Meßapius	47.	2228
Peratus	46.	2275
Plemneus	48.	1321
Orthopolis	63.	2369
Melanthus	30.	2432
Marathus	20.	2462
Echireus	55.	2482
Chorax	30.	2537
Epopeus	35.	2567
Lamedon	40.	2602
Sicyon	45.	2642
Polybus	40.	2687
Inachus	42.	2727
Phestus	8.	2769
Adrastus	4.	2777
Polyphides	31.	2781
Pelasgus	20.	2812
Zeusippus.	32.	2832.

Post hunc Heraclidæ reuersi paßim omnia in Peloponneso occuparunt.

Argiuorum reges.

INachus	50.	2135
Phoroneus	60.	2185
Apis	35.	2245
Argus	70.	2280
Pirasus	54.	2350
Phorbas	35.	2404
Triopas	41.	2439
Crotopus	21.	2485
Stenelus	11.	2506
Danaus	50.	2517
Lynceus	41.	1567
Abas	13.	[illegible]508
Acrisius	31.	2620
Pelops	5.	2651.

Translatum deinde in Mycenas est regnum.

Euristheus	45.	2656
Atreus & Thiestes	65.	2701
Agamemnon	18.	2766
Aegystus	6.	2786
orestes	15.	2791
Tisamenus & Penthilus	3.	2861.

Post hos reuersi in Peloponnesum Heraclidæ paßim omnia occuparunt.

Lacedemoniorum reges.

Aristodemus	7.	2864.

Sequitur bipartitum regnum.

EVrysthenes	42.	2871.	*Proclus frater Eurysthenis rex alter.*
Agis	1.	2913	
Archestratus	35.	2914	Sous.
Labotes	37.	2949	Eurypons.
Doristhus	29.	2986	Prytanis.
Agesilaus	44.	3015.	Eunomus.
Archelaus	60.	3059	Polydectes.
Teleclus	40.	3119	Charillus.
Alcamenes	37.	3159	Nicander 48. 3159.
Polydorus ex Pauſ. 108. C.			Theopompus fil. Nicandri.
Eurycrates.			Anaxidamus.
Anaxander.			Archidamus.
Eurycrates.			Agaſicles.
Leo.			Ariston.
Anaxandridas.			Demaratus.
Cleomenes.			Leotichides.
Leonidas.			Archidamus.
Plistarchus.			Agis.
Plistonax.			Agesilaus.
Pausanias.			Archidamus.
Agesipolis.			
Cleomenes.			
Areus.			Eudamidas.
Acrotatus.			
Leonidas.			Agis.
Cleombrotus.			Eurydamidas.
Leonidas iterum.			

Cleomenes. Hic postremus fuit regum Laced. inter Agiadas, & post eum Laced. regium imperium repudiarunt. Pauſ. pag. 113. A. 68. C.

Athenienſium reges.

Cecrops	50.	2405
Cranaus	9.	2455
Amphitrion	10.	2464
Erichthonius	50.	2474
Pandion	40.	2524
Erichtheus	50.	2564
Cecrops	40.	2614
Pandion	25.	2654
Aegeus	48.	2682
Theseus	30.	2729
Mnestheus	24.	2760
Demophoon	33	2784
Oxynthes	12.	2816
Aphidas	1.	2829
Timoetes	8.	2830
Melanthus	37.	2838
Codrus	21.	2875.

Archontes quos mors finijt.

Medon	20.	2896
Agastus	36.	2916
Archippus	19.	2952
Tersippus	41.	2971
Phorbas	31.	3012
Mecades	30.	3043
Diogenetus	28.	3073
Pheredus	19.	3101
Ariphron	20.	3120
Tespieus	27.	3140
Agamnestor	20.	3167
Aeschylus	23.	3187
Alcamenon	2.	3210.

Archontes decennali imperio.

Carops	10.	3211
Aesymedes	10.	3221
Elidicus	10.	3231
Hippomenes	10.	3241
Leocrates	10.	3251
Apsander	10.	3261
Eryxias	10.	3271.

Post hunc annuus magistratus sequutus est.

Corynthiorum reges.

Aletes	35.	2863
Ixion	37.	2897
Agylaus	37.	2934
Pryminas	35.	2971
Bacis	35.	3006
Agelaus	30.	3042
Eudemus	25.	3071
Aristhemides	35.	3096
Egeumon	16.	3131
Alexander	25.	3147
Phelesteus	12.	3172
Automenes	1.	3185.

Post hunc annui principes sunt constituti.

Dardanum siue Troianorum reges.

DArdanus	64.	2484
Erichthonius	46.	2548
Tros	60.	2593
Ilus	55.	2654
Laomedon	36.	2709
Priamus	40.	2745.

Capta Troia destructū est regnum Troianorum, succeßit eadem progenies in regnum Latinorum.

Latinorum regnum.

AEneas Priami fil.	3.	2788
Ascanius	28	2791
Siluius Posthumus	29.	2829
Aene. Siluius	31.	2858
Latinus Siluius	50.	2889
Alba Siluius	39.	2939
Capetus Siluius	26.	2978
Capis Siluius	28.	3004
Calpetus Siluius	13.	3032
Tiberinus Siluius	8.	3045
Agrippa Siluius	41.	3054
Alladius Siluius	19.	3095
Auentinus Siluius	37.	3114
Procas Siluius	23.	3150
Amulius Siluius	42.	3174
Numitor menſ. aliquot.		3216.

Dehinc Roma cōdita, ſūt reges Romani.

Romulus	37.	3216
Interreg. ann. 1.		
Numa Pompilius	43.	3254
Tullus Hostilius	32.	3297
Ancus Martius	24.	3329
Tarquinius Priscus	38.	3353
Seruius Tullius	44.	3391
Tarquinius Superbus	25.	3435.

Expulsis deinde regibus annui magistratus substituti sunt.

Macedonum reges.

CAranus	28.	3155
Coenus	12.	3183
Tyrimas	38.	3195
Perdicas	51.	3233
Archelaus	38.	3284
Philippus	38.	3323
Europs	26.	3360
Alcetas	29.	3387
Amyntas	50.	3416
Alexander	43.	3466
Perdicas	31.	3509
Archelaus	24.	3540
Orestes	3.	3564
Archelaus	4.	3567
Pausanias	1.	3571
Amyntas	6.	3573
Argeus	1.	3579
Amyntas iterū	18½	3580

* Alexan-

Alexander	1.	3598
Ptolomeus Alorites	3.	3600
Perdica	5.	3603
Philippus	24.	3608.

Reliqui Macedones.

Alexander Magnus	12.m.8.	3632
Alideas p Philippus	6.m.4.	3644
Caßander	19.	3651
Antigonus & Alexãder	4.	3669
Demetrius	6.	3673
Pyrrhus	m.7.	3679
Lysimachus	5.	3680
Ptolomeus Ceraunus	1.	3685
Meleagrus	m.2.	3686
Antipater	dies 45.	3686
Sosthenes	2.	3686
Antigonus Gonates	36.	3688
Demetrius	10.	3724
Antigonus tutor Philip.	13.	3734
Philippus	42.	3747
Perseus	11.	3789.

Hoc à Romanis victo Macedonia Romanorum prouincia est facta.

MONARCHAE
Aßyriorum reges.

BElus	65.	1841
Ninus	52.	1906
Semiramis	42.	1958
Zameis Ninias	38.	2000
Arius	30.	2038
Aralius	40.	2068
Xerxes qui & Balaneus	30.	2108
Armatbrites	38.	2138
Belochus Priscus	35.	2176
Baleus	52.	2211
Altades	32.	2263
Mamitus	30.	2295
Mancaleus	30.	2325
Spherus	20.	2355
Mamelus	30.	2375
Sparetus	40.	2405
Ascatades	41.	2445
Amyntes	45.	2486
Belochus	25.	2531
Belopares	30.	2556
Lamprides	32.	2586
Sosares	20.	2618
Lampares	30.	2638
Pannias	45.	2668
Sosarmus	19.	2713
Mytreus	27.	2732
Tentanius	32.	2759
Teuteus	40.	2791
Tyneus	30.	2831
Dercylus	40.	2861
Eupales	38.	2901
Laosthenes	45.	2939
Pyrithiades	30.	2984
Ophrateus	20.	3014
Ophratanes	50.	3034
Tenosconcoteros qui & Sardanapalus	20.	3124.

Sequitur bipartita monarchia.

Medorum.			Babyloniorum.		
Arbaces	28.	3144	Phul Belochus	48	3148
Mandanes	40.	3172	Theglat Phulaßar	25.	3196
Sarsomenes	25.	3212	Salmanaßar	9.	3221
Artecarmis	32.	3237	Sennacherib	7.	3230
Cardiceas	13.	3274	Aßarhaddon	10.	3237
Deioces	40.	3287	Merodach	40.	3247
Phraortes	20.	3327	Ben Merodach	21.	3287
Cyaxares	32.	3347	Nabugodonosor	35.	3308
Astyages	38.	3379	Nabugod.mag.	44.	3343
Dehinc subijciuntur Persis.			Amelinus Euilmer.	23.	3387
			Niriglißoroor	4.	3410
			Labaßardach	mens.9.	3414
			Nobnidus	17.	3415.

Vnita rursus Monarchia, & fit
PERSARVM.

CYrus	7.	3432
Cambyses	7.m.5.	3439
Smerdes	m.7.	3446
Darius Histaspis	36.	3447
Xerxes	21.	3482
Artabanus	m.7.	3504
Artaxerxes Longimanus	40.	3504
Xerxes	m.2.	3544
Sogdianus	m.8.	3544
Darius Nothus	19.	3545
Artaxerxes Mnemon	43.	3564
Ochus Artaxerxes	23.	3606
Arses siue Arsamus	3.	3629
Darius vltimus.	7.	3632.

Hoc ab Alexandro victo Persarum Monarchia destructa est, sequitur

Græcorum Monarchia.

ALexander Magnus	12.m.8.	3632
Arideus qui & Philippus	6.m.4.	3644

Certatum est de summa rerum 7. annis, tandem obtinuit Seleucus cum sua posteritate.

Syriæ reges.

Seleucus	$31\frac{1}{2}$.	3658
Antiochus Soter	19.	3690
Antiochus Theos	15.	3708
Seleucus Gallinicus	20.	3724
Seleucus Ceraunus	3.	3744
Antiochus Magnus	36.	3747.
Seleucus Philopator	12.	3782
Antiochus Epiphanes	11.	3795
Antiochus Eupator	3.	3806
Demetrius Soter	8.	3809
Alexander Nobilis	7.	3817.
Demetrius Nicanor	10.	3822
Antiochus Sedetes	13.	3832
Alexander	2.	3845
Antiochus Gryphus	11.	3847
Antiochus Cyzicenus	18.	3859
Seleucus		3877
Antiochus Eusebius		3880
Demetrius & Philippus		3881
Philippus		3883
Tigranes rex Armenia	18.	3885.

Hoc à Pompeio capto fit Monarchia

ROMANORVM.

A Tigrane capto ad Iulium Cæsarem sunt anni 16. ferè.

C. Iulius Cæsar	$3.\frac{1}{2}$.	3919
Interregnum anni 1.		
Octauius Augustus	55. mens.10. dies 27.	3925
Tiberius	22. m.6.d.26.	3981
Caligula	3.m.10.d.8.	4003
Claudius	13.m.8.d.20.	4007
Nero	14.	4021
Galba	m.7.d.7.	4034
Otho	m.3.d.5.	4034
Vitellius	m.8.d.5.	4035
Vespasianus	9.m.11.d.24.	4035
Titus	2.m.2.d.20.	4045
Domitianus	15.m.0.d.5.	4048
Nerua	1.m.4.d.9.	4063
Traianus	19.m.6.d.15.	4064
Adrianus	20.m.11.d.0.	4084
Antoninus Pius	22.m.7.d.26.	4104
M. Antoninus Philosophus	9.m.0.d.11.	4127
M. Commodus	12.m.8.d.15.	4146
Heluius Pertinax	m.2.d.28.	4159
M. Seuerus Iulianus	m.2.d.5.	4159
L. Septimius Pertinax	17.m.8.d.3.	4159
M. Antoninus Caracalla	6.m.2.d.5.	4177
M. Aurel. Seuerus Macrin.	1.m.1.d.28.	4183
M. Antonin. Alagabalus	3.m.9.de4.	4184
M. Seuerus Alexander	13.m.0.d.9.	4188
C. Iulius Maximinus	2.m.0.d...	4201
M. Antonius Gardianus	ann.1.	4203
M. Anton. Gordian. Iunior	6.	4204
M. Iul. Philippus	5.	4210
Traianus Decius	2.	4215
C. Trebonius Gallus	1.m.6.	4218
C. Iul. Aemilianus	m.4.	4219
P. Aurel. Valerianus	ann.7.	4219
P. Aurel. Gallienus	8.	4226
M. Aurel. Claudius	1.m.1.d.15.	4234
M. Aurel. Quinctillus	d.17.	4236
L. Domitius Aurelianus	6.	4236
Interreg.m.7.d.28.		
M. Claudius Tacitus	m.6.d.20.	4243
M. Annius Florianus	m.2.d.20.	4243
M. Aurelius Probus	5.m.4.	4243
M. Aurel. Carus	1.m.aliquot.	4249
M. Aurel. Numerianus	m.2. circiter	4250
C. Aurel. Diocletianus	20.	4250
Fl. Constantius Chlorus	2.m.3.d.5.	4270
Constantinus Magnus	30.m.9.d.27.	4273.

Sequitur bipartita Monarchia.

Bipar-

Bipartita Monarchia.

Occidentale Imperium.

Fl.Constantinus Iunior ann. 3. 4303
Fl.Valerius Constans an. 12. m.9. d.5. 4303
Fl. Magnentius an.3. m.6. dies aliquot. 4316

Fl.Constantius Iunior iam dictus Orientem Occidenti iunxit an.8. m.2. d.20. 4320.
Fl.Claudius Iulianus an.1. m.7. d.27. 4328.
Fl. Iouianus m.7. d.22. 4329.

Fl.Valentinianus an.11. m.8. d.22. 4330
Fl.Valentinianus Iunior 16. m.5. d.24. 4342
Fl. Eugenius 2. m.4. d.13. 4358
Fl.Honorius 28. m.11. d.10. 4361
Fl.Ioannes 2. m.2. 4390
Fl Placid.Valentinianus 29. m.5. d.23. 4392
Fl. Anicius Maximus m.2. d.27. 4421
Fl.Auitus m.10. d.8. 4421
Interregnum mensium 10. d.15.
Fl.Valerius Maiorianus an.4. m.4. d.2. 4423
Fl. Vibius Seuerus an.3. m.8. d.28. 4428
Fl.Authemius an.5. m.2. d.30. 4433
Fl.Anicius Olybrius m.3. d.24. 4438
Fl. Glicerius an.1. m.3. d.21. 4439
Fl.Iulius Nepos an.1. m.2. d.4. 4440
Fl.Momillus Augustulus m.9. d.24. 4442

Gotorum reges Occidentis Imperium occupant.

Odoacer Herulus an.16. m.6. d.11. 4443
Theodoricus Amalus an.33. m.5. d.28. 4459
Athalaricus Amalus an.8. 4493
Theodatus Amalus an.2. mens.aliquot. 4500
Vitiges an.4. 4502
Ildoualdus an.1. m.aliquot. 4506
Ararinus Rogus m.3. d.aliquot. 4507
Totilis an.11. 4508
Theias an.1. 4518.

Exactis Gotis addita est Roma Orientali Imperio, & per Duces & Exarchos administrata est.

Restitutum Occidentis Imperium.

Carolus Magnus an.13. m.1. d.4. 4767
Ludouicus Pius an.26. m.4. d.24. 4780
Lotharius an.15. m.3. d.10. 4807
Ludouicus 2. Pius an.19. m.10. dies aliquot. 4821
Carolus Caluus an.2. m.2. dies aliquot. 4841
Ludouicus 3. Balbus an.1. m.6. d.5. 4844
Hoc fundamento posito consideremus à Lunæ eclipsi ad Solis transitum fieri, & proinde præter integras syzygias etiam dimidiam in hoc interuallo comprehendi debere. Supponamus igitur 93½. syzygias, nam totidem credo interuallum à nobis inter vtramque eclipsim positum emetientur, per hunc numerum tempus vnius syzygiæ mox præscriptum multiplicemus, habebimus annos Aegyptios 7. dies 206. horas 2. 39. "30. "'22. Huic interuallo quæramus conuenientes motus inæqualitatis & latitudinis Lunæ, ac medium Solis eosq; addamus ad radices positas, ac videamus num prodeat situs syderum eclipticus. Inæqualitatis motus inuento interuallo ex Ptolemei tabulis competit gr. 73. 5'1. latitudinis gr. 167. 4'2. fere, Solis medius gr. 201. 2'6. his ad radices additis fiunt ad terminum syzygiarum 93½. motus inæqualitatis gr. 330. 14. & proinde medius motus minor vero gr. 2. 1'8. motus medius latitudinis gr. 261. 34. à termino boreo, & Solis medius locus gr. 219. 34. à principio ♍. hoc est 9. 3'4. ♈. qui locus cùm ab apogeo Solis distet gr. 304. 4. reperitur medius locus Solis minor vero gr. 1. 55. Præteryt ergo Luna tempore coniunctionis mediæ veram gr. 0. 2'3. qui horis. 0. 4'6. iuxta rationem motus distantiæ mediæ Solis & Lunæ conficiuntur, præcessit ergo vera coniunctio mediam horis. 0. 4'6. quo tempore latitudinis motus minuitur gr. 0. 2'5. vt fiat medius latitudinis motus in coniunctione vera 261. '9. Verus autem 263. 2'7. proxime à termino boreo, hoc est gr. 6. 3'3. à nodo ascendente versus meridiem, quæ propinquitas multum ecliptica est. Quia igitur syzygiarum 93½. à nobis suppositarum tempus, interuallum quod inter Ptolemei eclipsim assumptam, & eam quæ quæritur designauimus æquare conspicitur, recte ad eius interualli terminum Solis eclipsim, & Acily Glabrionis consulatum posuimus, incidit q; hæc eclipsis in 8. Arietis gradum. Si vero quisquam locum eius à nobis signatum, non exacte ad 5. Idus Quintiles quadrare obseruet, cogitet ille annum Romanum per ea tempora incertis legibus decurrisse propter intercalationis anomaliam, neq; vero nos propter exiguam deuiationem initia annorum Romanorum à sua æqualitate turbare debuimus, quamdiu in reliquis quoq; temporibus de inæqualitatum ratione & modo non constaret. Ad huius inuentæ eclipsis tempus, si sex addantur syzygiæ, & pro earum tempore tres illi quos diximus motus augeantur, reliquaq; vt iam fecimus, absoluantur inuenietur Sol rursus in gradu 3. Libræ eclipsim passus esse, quod vt cognitu sit facilius, eo modo forma & perspicuitate, tum huius tum iam inuentæ eclipsis inquisitionem oculis obyciemus, quo tertio capite omnes eclipses statuimus, vt res compendio scribi legi, & intelligi posit.

548. anno à Nabonassaro eclipsis Lunæ die 5. Messori, &c. in qua media oppositio sequuta est veram horis 13: 1'8.

Ergo.

In media oppositione { Inæqualitatis Lunæ motus gr. 256. 2'3. / Latitudinis Lunæ medius gr. 93. 5'2. / Solis medius gr. 18. '8. ♍. }

Interuallum sit syzygiæ 93½. cui respondet tēpus ann. Aegypty 7. dies 206. horæ 2. 39.

quibus respondent. { Inæqualitas Lunæ gr. 73. '51. / Latit. motus gr. 167. 4'2. fere / Solis medius gr. 201. 2'6. }

556. an-

556. anno à Nabon. eclipsis Solis sub Acilio Glabrione, in cuius media coniunctione fuerunt.
Inæqualitas Lunæ gr. 330. 14. & ideo medius motus maior vero gr. 2. 18.
Latit. medius motus gr. 261. 34. à termino boreo.
Solis locus medius gr. 9. 34. ♈. & medius minor vero gr. 1. 55.

Ergo.

Prior Luna Sole gr. 0. 23. & præcessit vera coniunctio mediam horis. 0. 46. quæ latitudinis motum minuunt gr. 0. 25. vt fiat medius gr. 261. 9. Verus autem gr. 263. 27. proxime à termino boreo, hoc est. 6. 33. à nodo ascendente in meridiem.

Interuallum syzygiæ 6. et tempus illi respondens dies 177. horæ 4. 24.
Inæqualitatis motus gr. 154. 54. ferè
Latit. motus medius gr. 184. 1.
Solis medius gr. 174. 38.

556. à Nabon. altera Solis eclipsis sub Acilio Glabrione, in cuius coniunctione media fuerunt.
Inæqualitatis motus gr. 125. 8. Medius maior vero gr. 4. 19.
Latitudinis medius 85. 35. à termino boreo.
Solis medius gr. 4. 12. ♎. Medius maior vero gr. 2. 8.

Ergo.

Sol prior Luna gr. 2. 11. sequeturq́ coniunctio vera post horas 4. 19. Interea augetur motus latitudinis vt fiat medius 87. 58. à termino boreo, Verus autem 83. 39. hoc est gr. 6. 21. à nodo descendente versus boream, qui locus præcedente magis est eclipticus. Et facta est eclipsis in gr. 3. ♎.

Tertio extat eclipsis Lunæ apud Liuium, L. Aimilio & C. Licinio Coss. quam anno Vrbis 584. à Nabonassaro 579. notauimus. Hanc simili plane collectione demonstramus 5. anno completo, inchoato 6. post eam quæ anno 7. Philometoris, 574. à Nabon. scribitur, recte à nobis locatam esse.

574. anno à Nabonass. eclipsis Lunæ Phamenot 27. &c. in cuius vera oppositione, vt 3. cap. inuenies, sunt.
Inæqualitatis Lunæ motus gr. 163. 28. Medius maior vero gr. 1. 33.
Latit. motus medius gr. 99. 51. à boreali termino.
Solis medius in gr. 6. 16. ♉. Medius minor vero gr. 1. 10.

Ergo.

Media oppositio verã præcessit gr. 2. 43. hoc est horis 5. 22. pro quarũ ratione hi motus minuũtur, vt in oppositione media fiant
Inæqualitatis Lunæ motus gr. 160. 45.
Latitudinis medius gr. 96. 56.
Solis medius gr. 6. 2. ♉.

Sit interuallũ syzygiæ 64. fiunt anni Aegyptij 5. dies 64. horæ 32. ferè.
Inæqualitatis motus gr. 294. 23.
Latitudinis medius gr. 162. 44.
Solis medius gr. 62. 46.

579. à Nabon. Lunæ eclipsis nocte quam pridie nonas Septembris insequuta est dies, &c. in cuius oppositione media hi motus colliguntur.
Inæqualitatis Lunæ gr. 95. 8. & medius maior vero gr. 5. 1.
Latitudinis medius 259. 40. à termino boreo.
Solis medius gr. 8. 48. ♋. vbi medius maior vero gr. 1. 16.

Ergo.

Luna distat ab oppositione gr. 3. 42. sequutaq́ vera oppositio mediam post horas 7. 24. in quibus augetur motus, latitudinis gradibus 4. 5. vt medius sit gr. 263. 45. verus autem 258. 44. proxime à termino boreo, hoc est gr. 11. 16. à nodo ascendente versus meridiem, qui locus eclipticus est satis conueniens durationi eclipsis à Liuio positæ. Recte ergo ad suppositi interualli terminum eclipsis hæc & L. Aimilius, C. Licinius Coss. à nobis repositi sunt. Facta est eclipsis hæc circa finem gr. 9. ♋.

Quarto maxima extat apud Maronem. 1. Georg. Solis eclipsis, quam post Cæsaris cædem contigisse ait, hanc etiam anno Vrbis 708. (quo Cæsaris mortem notauimus) accidisse sic demonstramus.

840. anno à Nabon. Vrbis 844. facta fuit media luminariũ oppositio. 1. die Decembris, & horis 19. 4'0. completis, vt tertio cap. ostendemus. Inueniuntur in ea hi motus,

Inæqualitatis gradus 7. 34.
Latitud. medius gr. 35. 20. à termino boreo.
Solis medius 8. 2'1. "8. ♐.

703. anno à Nabon. Vrbis 708. posita à nobis est Cæsaris mors, et eclipsis Solis subsequuta, in cuius media coniunctione hi motus subductione colliguntur.

Inæqualitatis gr. 156. 1. Medius maior vero gr. 2. 13.
Latit. medius gr. 268. 4. à termino boreo.
Solis medius gr. 2. 12. ♊. Medius minor vero gr. 0. '7.

Ergo.

Interuallum à cæde ad mediam coniunctionem positum est annorum Romanorum 136. dierum 262. proxime, qui efficiunt Aegyptios 136. dies 296. 34. enim sunt in hoc interstitio dies intercalares.
Ponamus ergo syzygias 1688½. his respondent anni Aegyptij 136. dies 222. horæ 9. 53.
Et Inæqualitatis motus gr. 211. 33.
Latit. medius gr. 127. 16. 50.
Solis medius gr. 186. 9.

In media coniunctione Sol præcedebat Lunam gr. 2. 20. qui medio distantiæ motu conficiuntur horis 4. 3'7. Interim autem auctis motibus fit in coniunctione vera Solis medius gr. 2. 23. 21. qui minor est vero gr. 0. 6. Et inæqualitatis motus gr. 158. 31. 45. ideoque medius motus maior vero gr. 2. '8. Media ergo fit in vera coniunctione distantia gr. 2. 14. quæ horis 4. 25. perfecta fuit, quo fit vt vera cõiunctio sequuta sit mediam horis 4. 25. fuitq; tunc latitudinis medius gr. 270. 30. & verus 268. 22. Hæc paulo exactius cæteris supputamus, vt eclipsis magnitudo à Vergilio notata hoc loco deprehendi cognoscatur, Luna gr. 1. 3'8. tantum à nodo ascendente distante. Facta est eclipsis Sole in 3. gr. ♊. versante, ideoque sub finem Maij. Porro cum syzygiarum assumptarum tempus 74. circiter diebus tantum minus sit interuallo in opere posito, certum est eclipsim hanc & Cæsaris cædem consulesq; adiunctos eo anno quo debebant repositos esse.

Quinto eclipsim Solis posuimus duobus Sex. Pompeio & Apuleio Coss. quam Dion sub ijsdem 100. paulo amplius diebus ante mortem Augusti contigisse indicat lib. 56. Eusebius item in chronico eã anno mortis Augusti ponit. Hãc similiter deducimus ex ea Lunæ eclipsi q̃ ex Ptol. adscripsimus an. à Nabon. 607. sic.

607. anno à Nabon. eclipsis Lunæ, &c. in qua, ex annotatis capite tertio huius, colligimus tempore oppositionis mediæ radices has,

Inæqualitatem Lunæ gr. 175. 5'6.
Latitudinis medium gr. 277. 4'4. à termino boreo.
Solis medium gr. 2. 5'3. ♒.

760. à Nabon. duobus Sex. Pompeio & Apuleio Coss. eclipsis Solis ex Dione, in cuius media coniunctione.

Inæqualitas Lunæ gr. 331. 3'3. proindeq; medius minor vero gr. 2. 10.
Latitudinis medius gr. 273. '54.
Solis medius gr. 4. 3. ♉. medius minor vero gr. 1. '12.

Ergo.

Sit interuallum syzygiæ 1895½. quibus respõdent anni Aegyptij 153. dies 130. horæ 5. 53.
Inæqualitatis motus gr. 155. 3'7.
Latit. motus medius gr. 356. '10.
Solis medius gr. 91. '10. ferè.

Sol prior Luna gr. 0. 58. & sequitur vera coniunctio mediam hor. 1. 5'6. in quibus augetur motus latitudinis gr. 1. 4'. vt fiat medius latitudinis gr. 274. 5'8. verus autem 277. '8. à termino boreo, siue 7. '8. à nodo ascendente versus boream, quod longe intra terminum eclipticum existit. Cùm igitur syzygiarum suppositarum tempus in locum à nobis assignatum cadat, recte hanc eclipsim Solis recteq; consules posuimus. Facta est eclipsis hæc in gr. 6. 15. ♉.

Sexto, 792. anno à Nabon. M. Vinicio II. & M. Statilio Coss. eclipsim Solis annotauimus ex Dione, quam eadem via recte eo loci repositam esse sic demonstramus.

574. anno à Nabonass. eclipsis Lunæ mox ex Ptolemeo allegata, in cuius oppositione media hi motus inuenti fuerunt,

Inæqualitatis Lunæ motus gr. 160. 45.
Latitudinis medius gr. 96. 5'6.
Solis medius gr. 6. 2. ♉.

792. anno à Nabon. eclipsis Solis scripta est ad cal. Augusti, in cuius media coniunctione hi motus colliguntur,

Sit interuallum syzygiarũ 2699½ erit tẽpus anni Aegyptiaci 218. dies 147. horæ 20. '17. ferè.

Ine-

Inæqualitatis Lunæ motus gr. 193.'2. ideoq; medius motus minor vero gr. 1. 13.
Latitudinis medius 272. 21. à termino boreo.
Solis medius 8. 45. ♌. ideoque medius maior vero gr. 2. 5.

Inæqualitatis motus gr. 32. 17.
Latit. medius gr. 175. 25.
Solis medius gr. 92. 43.

Ergo.

Luna transijt oppositum Solis gr. 3. 18. & præcessit vera oppositio mediam horis 6. 32. circiter, quo temporis spacio latitudinis motus minuitur gr. 3. 36. vt fiat medius latitudinis in oppositione vera gr. 268. 45. verus autem 269. 58. hoc est in ipso ferè nodo ascendente. Facta est ergo eclipsis eaq; circa medium 7. gr. ♌. Porro cum temporis distantia syzygijs comprehensa positioni nostræ respondeat recte antedictos Coss. simul cum eclipsi eo anno positos esse necesse est.

Septimo extat eclipsis apud Plinium lib. 2. cap. 70. facta Vipsanio & Fonteio Coss. hanc recte à nobis anno à Nabonassaro 806. locatam esse pari modo sic demonstramus.

574. à Nabon. anno 7. Philometoris facta est eclipsis Lunæ, &c. in cuius oppositione media paulo antea hos inuenimus motus.
Inæqualitatis Lunæ gr. 160.'47.
Latitudinis medium gr. 96. 56. à termino boreo.
Solis medium 4. 53. ♉.

806. anno à Nabonass. posita Solis eclipsis, in cuius coniunctione media hi motus colliguntur.
Inæqualitatis Lunæ gr. 261.'54. ac proinde medius minor vero gr. 5. 0.
Latitudinis Lunæ medius gr. 86. 18. à termino boreo.
Solis medius 5. 41. ♉. ideoq; medius minor vero gr. 1. 8.

Sit interstitium syzygiæ 2869½. quibus respondent anni Aegyptij 232. dies 58. horæ 1. 7. ferè.
Inæqualitatis motus gr. 101. 7.
Latitudinis medius 349. 22.
Solis medius gr. 0. 48.

Ergo.

Luna superauit Solem gr. 3. 5'2. & præcessit vera coniunctio mediam horis 7. 38. interim motus latitudinis minuitur gr. 4. 12. vt fiat medius latitudinis in coniunctione vera gr. 82.'6. verus autem 87.'6 à termino boreo, quæ à nodo distantia maximam Solis eclipsim causauit in 7. circiter ♉. gradu, qui locus tempori à Plinio assignato proxime congruit, & interuallum suppositum positioni nostræ consentit, vt dubitari nequeat recte Vipsanium Fonteiumq́ Coss. locatos esse.

Octauo maxima Solis eclipsis fuit sub Constantio & Constante Impp. Constantio X. & Iuliano III. Coss. teste Ammiano, quam cum dicat matutino tempore fuisse, & ad meridiem vsq; durasse certum est medium eius vna hora, aut forte duabus ante meridiem Romæ accidisse. Etsi autem diem non ponat, tempus tamen anni quam proxime describit, inter adultam hyemem & ver eam constituens, in quod eam hoc anno quo nos posuimus quadrare calculus ostendit hoc modo.

882. anno à Nabon. sine Domini 135. in secunda eclipsi Ptolomei præcessit media oppositio veram horis 5. 26. vt tertio capite ostendetur, pro quarum ratione minutis motibus in oppositione vera repertis, fiunt,
Inæqualitatis Lunæ motus gr. 61. 41.
Latitudinis medius gr. 7. 4. à nodo descendente.
Solis medius gr. 26. 31. 38. ♎.

360. Domini dictam Ammiani eclipsim posuimus intra mensem Martium, vt ibi videre licet. Colliguntur autem iuxta syzygiarum suppositarum tempus hi motus.
Inæqualitatis Lunæ gr. 256. 1. 51. & medius motus minor vero gr. 4. 57.
Latit. medius gr. 253. 23. à nodo descendente.
Solis medius gr. 21. 20. 5. ♓. & medius minor vero gr. 2. 16.
Verus Solis locus in gr. 19. 4. ♓.

Sit interuallum syzygiarum 2775½. fient à media oppositione ad mediã coniunctionem anni Aegyptij 224. dies 202. horæ 4. 5. 26. 46. qui sunt Romani 224. dies 145. horæ 4. 5. nam intercalares sunt hoc interstitio 57.
Respondent autẽ huic tempori intermedio motus hi,
Inæqual. Lunæ gr. 194. 20. 51.
Latit. medius gr. 346. 19. 20.
Solis medius gr. 144. 48. 27.

Ergo.

In media cõiunctione Luna prætergressa fuit Solẽ gr. 2. 41. & præcessit vera cõiunctio mediã hor. 5. 21 circiter, in quib. latitudinis motus minuitur grad. 2. 57. vt fiat medius in coniunctione vera gr. 250. 26.

Verus autem 355.23. à nodo descendente, nam Luna in maxima sua inæqualitate constituta eam tantillo tempore non mutat sensibiliter. Maxima igitur eclipsis fuit, Luna gradibus tantum 4 33. à nodo distante, idq; in septentrionē, vbi parallaxis latitudinē eius minuit. Porro collecto syzygiarū tempore ad tempus mediæ oppositionis anni 135. Domini, quod tertio capite Octobris diem 19. completum, & horas 17. 33. esse ostendemus, proueniet 13. dies Martij finitus cum horis 21. 38. quo tempore media coniunctio secundum Ptolomei rationes fuisse conuincitur, & vera coniunctio horis 16. 17. completis, serius quam debebat horis 4. aut 5. propter causas 3. capite declarandas. Cùm ergo & anni per syzygias collecti, interuallo à nobis admisso respondeant, & in adultam hyemem verisq; initium quadrent recte consules illos vna cum eclipsi Ammiani anno Christi 360. positos esse constat.

Etsi autem eclipses hæ à nobis demonstratæ, non in idem quod inuenimus, forte tempus exacte incidant, propter inæqualitatem quandam & anomaliam in motu Lunæ siue eius à Sole recessu, hactenus à nemine animaduersam, vt tertio capite indicabimus, tamen non ita longe Ptolomei calculus à vero aberrat, vt in anni assignatione falli queamus, horarum enim aut etiam dierum aliquot differentia nihil intentioni nostræ derogat, quo minus annum eiusq; determinatam aliquam partem vere assequamur. Porro eclipsis illa Plinij ad consulum aliquot Romanorum vno anno à locis hactenus receptis in consequentia transpositionem nos coegit, vt nunc in sextum Neronis annum, Vrbisq; 811. cadant Vipsanius & Fonteius, quos alij quinto Neronis aptauerunt, neq; hic solum Plinij, sed alibi quoq; Dionis eclipsis, nempe anno 797. idem facere postulat, & quod anno 801. ex Solino adscripsimus testimonium similiter. Quæ tria argumenta cum sint validissima, & inter se consentientia eodemq; spectantia, nullū dubium esse potest, quin hactenus in illorum consulum locatione erratum sit, & vno anno in consequentia transferendi sint. Vnde vero ea translatio inchoanda, vbiq; finienda sit diu quæsiuimus, neq; potuimus initium eius alio reijcere quam in secundum annum Claudij, quòd à Ti. Claudio II. & C. Licinio Largo Coss. deinceps perpetuus & constans hic ordo consulum quem sequuti sumus, in annalibus, primū Dionis, deinde Taciti, vsq; ad C. Suetonium Paullinum, & L. Pontium Telesinum anno Vrbis 818. inscriptos inueniatur, quem ordinem: Suetonij de Claudij Neronisq; consulatibus testimonia interrumpere aut turbare non permittunt. Et quidem Dio pag. 862. b. videtur inter vltimum consulatum C. Caligulæ Aug. & Ti. Claudium, C. Largum Coss. vnum annum interponere, vt recte hinc consulum promotio inchoari videatur, astipulante etiam fame vniuersali, quam 4. anno Claudij factam Eusebius & Orosius, inchoatam autem Claudio & C. Largo Coss. Dio scribunt, quibus Claudij & Largi consulatus in 4. annum Claudij terminari subindicatur. Accedit quòd Orosius lib. 7. cap. 6. dicit Claudium 4. imperij sui anno expeditionem in Britanniam fecisse, quam ex Dione fecisse constat cum Vitellium collegam haberet. Commemorat autem Iulius Frontinus in lib. de Aqueductibus Sex: Nonium Celerem & Iunium Quintilianum Coss. quos cùm inter Iulianum Asprenatemque, & Pomponium Gallum Veranniumq; Coss. medios locet, non possunt illi sane alio quam in hunc locum conferri modo ordinarie electi, non autem suffecti (vt verisimile est) habeantur. Pro fine porro huius dislocationis non alius locus idoneus mihi videtur, quam vbi Tacitus librum suum 16. finit, Suetonio Paullino & Pontio Telesino Coss. ibi enim cum hiatus esse manifeste deprehendatur, vnde disiungendi eos qui coniungendi erant ad annorum numerum implendum error facile irrepere potuit, nec antecedens consulum continuatio apud Tacitum contractionem admittat, & mox sequentium Imperatorum Galbæ, Othonis, & Vespasiani determinata tempora determinatos quoq; consules habeant, nec vlteriorē transpositionem admittant, necessarium videbatur Fonteium Capitonem & Iulium Rufum, seorsim ab alijs positos in vnum annum cum Paullino & Telesino contrahere. Quod vero de Claudij morte, & Neronis initio Asinio & Auiola Coss. scribitur, facile explicari potest, & à controuersia redimi per ea quæ ex Dione anno Vrbis 707. de consulum creatione annotauimus. Aliam huius loci conciliationem nos ignoramus, si quis rectius potest laudabimus.

Atheniensiū demonstrat. *Atheniensium regum tempora fundantur in Demophoonte & capta Troia anno mundi 2784. in Hippomenis anno 4. anno 1. Olymp. 14. sub finem anni, & in Aesimede, fine anni 1. Olymp. 8. quibus locis à nobis scripta: Atheniensium tempora cum Olympiadibus exacte conciliant. Annos regum ex Eusebio sumpsimus.* F

Argiuorū. *Argiuorum reges pendent ex Corintho condita anno mundi 2552. cuius loci causa coacti fuimus eos 30. annorum spacio in consequentia promouere, quot nimirum annis Eusebius 35. annum Danai priorem facit 28. Pandionis contra historiæ indicium, quam annorum numeris minus fallacem iudicamus. Abundant autem apud Eusebium 30. illi anni in Abante, & sequentibus vsq; ad Eurystheum, regem Mycenarum, vt ijs locis apparebit.* G

Sicyoniorum. *Sicyoniorum reges pendent ab Argiuis anno mundi 2416. vbi Orthopolidis Sicyoniorum regis annus 47. Phorbantis 17. vnitur. In annis regū nihil Eusebio addidimus aut detraximus, sed promouimus tantum in consequentia ad annos 2. Argiuorum regum respectu, propter collationem iam dictam, respe-* H

ctu Athenienſium vero longius in conſequentia transferuntur propter Argiuorum promotionem. Annos regum ab Euſebio mutuauimus.

I *Corynthiorum regum initium colligitur ex Heraclidarum deſcenſu in Peloponneſum 2. anno Alethis regis primi Corynthiorum anno mundi 2864. Habent ergo certum initium reſpectu captæ Troiæ. In annis regum Euſebium ſequimur.* Corynthiorum.

K *Lacedæmoniorum regum tempora in eo fundantur, quod Euryſthenes primus rex cum fratre Procle Spartam obtinuit iuxta Euſebij annotationem anno 8. Alethis, deinde quòd Epheſus condita ab Androclo, Ionum rege, ſcribitur anno 10. Archeſtrati, regis Lacedæmoniorum, quod Clemens in Strom. pagina 31. d. anno 140. poſt Troiana tempora factum ſcribit. Vnde conſtat à capta Troia Lacedæmoniorum reges determinatum initium habere, quod poſuimus. Idem confirmatur in condita Carthagine anno 13. Archeſtrati regis Lacedem.* Lacedemoniorum.

L *Macedonum reges certam poſitionem aſſequuntur ex morte Alexandri, Olymp. 114. anno 1. ex initio Philippi anno 1. Olymp. 105. ex Archelai initio anno 1. Olymp. 88. ex 14. anno Tyrimantis iuncto cum primo Lacedemoniorum Ephoro anno 1. Olymp. 5. Denique in vltimo rege Philippo anno Vrbis conditæ 554. Macedonum tempora cum Romanis conciliantur. Annorum numeri ex Euſebio ſumpti ſunt, niſi quod circa 103. Olympiadem quædam ex Gemiſto Plethone reſtituimus.* Macedon I.

M *Aſſyriorum tempora fundantur in Sardanapalo, victo ſub Teſpieo, rege Athenienſium, anno mundi 3140. ſcripto, & in natiuitate Abrahæ ann. 43. Nini, vt annotat Euſeb. Annos regum ab Euſebio ſumpſimus.* Aſſyriorũ.

N *Medorum principium ſumitur à Sardanapalo victo anno mundi 3144. In pugna Halyattis & Aſtyagis ad Olympiades & res Romanas alligantur, & in fine capto Aſtyage anno Vrbis 201. Perſis conferuntur. Quando porro fidem habemus Cteſiæ Gnidio apud Diodorum cap. 9. lib. 3. reges Medorum ex Archiuis Perſarum plures quam Euſebius ponit enumeranti, & Herodoto qui lib. 1. pag. 21. & 22. per omnia fere Cteſiæ conſentit, nec tamen tot anni, quot hi enumerant, à morte Sardanapali ad Aſtyagem à Cyro captum reperiantur, adhibitis Euſebij annis, & hiſtoria regum Medorum, quæ eſt apud Herodotum ad annos Diodori atq; Herodoti, ſtudioſiſſime qua potuimus induſtria hos tres autores conciliauimus, & regum tempora iuxta veroſimillimam rationem digeſſimus.* Medorum.

O *Lydorum radix in Pittaco Mityleneo ſumitur Olympiade 42. ex Euſebij autoritate, colligatio cum Medis Olympiade 48. in pugna Halyattis cum Aſtyage Medo.* Lydorum.

Dardanum ſiue Troianorum reges determinatum finem habent in capta Troia, inde retrorſum Manethoni & Archilocho Ioannis Annij credidimus, quòd initium Dardani eo reponerent quo Euſebius, & in plerorumq; regum annis cum Euſebio conſentirent. Latinos ex his dependentes reges ex Dionyſij Halicarnaſſei deductione ſubtexuimus. Troianorum.

P *In Aegypti regibus longe ab Euſebio recedere nos coegerunt Manethonis apud Ioſephum contra Apionem reliquiæ, quem ſcriptorem viderit ne Euſebius certo non conſtat. In Amenophe tertio Politanorum dynaſtiæ rege videtur quiddam ex eo lecto ſumpſiſſe, lib. autem 9. Præp. euang. cap. 4. quædam Manethonis, Beroſi & aliorum aliquot ſcriptorum ex Ioſepho citat, vnde apparet eum nec Manethonis, nec Beroſi ſcripta habuiſſe, & conijcimus priorem illam allegationem ex aliorum non ſua lectione poſuiſſe, potiſſimum cùm in diſpoſitione regum Manethonis hiſtoriam non ſequatur, quem tamen autorem primam in Aegyptiaca hiſtoria fidem habere, vti & Beroſum in Chaldaica, ex Ioſepho conſtat, qui horum teſtimonijs tanquam publica fide probatiſſimis in graui contra Appionem diſputatione præcipue & plurimum vtitur. Nos igitur Manethoni fidem omnino deberi exiſtimantes ex eius autoritate reges Aegypti ſuis locis reſtituimus, principio ab Amenophi Sethonis patre ſumpto, quem ille filios Iſrahel Aegypto pepuliſſe aſſerit. Ab hoc in anteriora Manethonem apud Ioſephum plane ſequuti ſumus, niſi quòd Cherrem, quem apud Ioſephum omiſſum eſſe credimus, ex Euſebio inſeruimus. Poſt exitum Iſrahelis ab Aegypto Herodotum & Diodorum ſequuti ſumus, præcipue vbi inter ſe conſentiunt, atque vbi deficiebant hi: Euſebium. Oportuit autem & coniecturis aliquando vti, verum eas ſic librauimus, vt proxime conſonas veritati arbitremur, quemadmodum etiam reuera conſonas eſſe, & recte regum tempora diſtributa eſſe locis aliquot conuenientiſſime incidentibus monſtratur. Primum ex Memphi dudum ante egreſſum Iſrahel condita, vt anno mundi 2334. oſtendimus, conſtat non recte Euſebium Cenchrem, priorem eadem, mari rubro merſum ponere, ſed hoc potius Amenophi iuxta Manethonis ſententiam competere, quem proxime præcedens Armeſeſinianum ſiue Rameſſes anno mundi 2368. idem confirmat condito Rameſſe oppido. Nec omnino nullum eſt conuenientiæ argumentum quod de Pharetate annotauimus anno 2024. & de Themoſe anno 2106. Et poſt exitum Aegypti certa patent argumenta recte poſitorum regum in Chabrei ſiue Vaphris ad Salomonem literis anno 2907. In Oſochor ſiue Seſac annis 2971. & 2976. in Nechaone anno 3327. in Vaphre anno 3359. & in Amaſi poſtremo* Aegyptior.

Ae-

Aegypti rege anno 3443. Restitutum Aegypti regnum principium habet firmum à morte Alexandri, & finem in Actiaca pugna anno V. C. 721. intermediorum distributio determinatã habet statione͂ vnam in 7. anno Philometoris anno V. C. 579. Anteriora posterioraq́ anni regũ exacte emetiuntur.

Syriæ. Syriæ regum initium pendet ex obseruatione astronomica anno Vrbis 517. scripta, & item ex altera anno Vrbis 525. In Antiocho Epiphane iusso decedere Aegypto anno Vrbis 585. Romanis Syriaca conferuntur. Q

Persarum. Persarum reges certissimam temporum designationem assequuntur ex obseruatione Hipparchi anno 20. Darij Histaspis, & rursus 31. eiusdem, ex morte Xerxis anno 4. Olympiadis 78. ex morte Artaxerxis anno 7. belli Peloponnesiaci, & ex Dario Arsami filio sub morte͂ Philippi Macedonis regnum inchoante, Olympiadis 110. anno 4. Initium item monarchiæ Cyri cum 70. anno captiuitatis Babylonicæ eleganter quadrat iuxta prophetiam Hierem. 29. & Zach. 1. v. 7. & 12. R

Babylon. Babyloniorum regum tempora fixa sunt ex summaria & capitali demonstratione in Salmanassaris monarchiæ principio, in Merodach anno 2. in Nabugodonosoris Magni anno 5. Finis eorum status in monarchiæ Cyri anno 70. captiuitatis Babylonicæ. S

Iudicũ Israhel. Iudicum tempora tametsi certa & firma sunt, quia tamen quæstionem aliquam explicatione egentem annexam habent, huc ea nobis reuocanda sunt, & ab omni dubitatione vindicanda. Hæc igitur præterquam quòd determinatis singulorum annis distribuuntur, certos etiam terminos & extensionem habent 350. annorum à diuisione terræ ad initium Samuelis. Etenim 480. anni computantur ab egressu Aegypti ad inchoatum templum, 3. Reg. 6. v. 1. à quibus si 46. ab exitu ad diuisionem terræ, & 84. à Samuele ad inchoatum templum, annos inquam scripturæ testimonijs à nobis in opere comprobatos subduxerimus, residui tantum erunt 350. quot nostra digestio quoq; colligit, vnde in Actis cap. 13. corruptè 450. annos legi deprehenditur, qui error tametsi scribarum hallucinatione factus credi possit, quòd pronus sit lapsus τετρακοσίοις pro τριακοσίοις legere, quia tamen non casu ita vitiatum locum existimamus, sed quempiam ex libro Iudicum perperam intellecto, cum crederet ediuerso τριακοσίοις pro τετρακοσίοις male scriptum esse, eum locum studio ita castigasse, non inutiliter eum scrupulum, qui castigatorem mouit ob oculos ponemus, ac pro nostro modulo refutabimus, quòd etiam hodie lectorem fallere possit. Cap. 2. Iudicum, versus 18. & 19. obiter aspicienti apparet: donec viueret Iudex aliquis à Deo datus, etiam liberos ab afflictione & seruitute vixisse Israhelitas, mortuo vero Iudice demum ad idololatriam redijsse, & ab hostibus pressos esse aliquot annis sine Iudice, quousque nouus Iudex & libertatis assertor daretur. Quam sententiam ita in genere propositam, videntur subsequentia aliquot exempla confirmare. Primum est quod 3. cap. vers. 8. 9. 10. 11. anni seruitutis 8. sub rege Mesopotamiæ videantur præcedere, & distingui à 40. annis Othonielis, quos quietis annos indicari apparet. Secundum quòd eodem cap. vers. 14. 15. 31. eadem ratio videatur esse annorum 18. seruitutis sub Eglon ad 80. quietis sub Aod. Tertium similis conditio 20. annorum sub Iabin ad 40. annos Deboræ, vt apparet conferenti capitis 4. vers. 1. 3. & sequentes cum cap. 5. vers. 31. & cap. 8. vers. 28. Quartum denique par omnino exemplum inter annos 7. seruitutis sub Madian, & 40. quietis sub Gedeone, cap. 6. versu. 1. & 8. v. 28. His exemplis forte persuasus quispiam rectè se locum castigare opinatus fuit, credens omnes afflictionum annos cum Iudicum annis in vnam summam colligendos esse, quæ exacte ad 450. pertingit, vt in subiecto abaco videre est, quod si obtinuisset, iam augendus fuisset numerus annorum ab egressu Aegypti ad templum inchoatum centenario, & scribendum 580. Verum non animaduertit castigator ille 20. annos Sampsonis contineri in 40. annis Philisthinorum. Iud. 15. v. 20. quare cum ad summam 450. peruenire nequeant T

Seruit Israhel	8. annis sub rege Mesopotamiæ,	Iudic. 3. v. 8.
Quiescit terra	40. annis sub Othoniele,	Iud. 3. v. 9. 10.
Seruiuit	18. annis, Eglon regi Moab,	Iud. 3. v. 14.
	Postea clamarunt ad dominum,	cap. 3. v. 15.
Quiescit terra	80. annis sub Aod,	Iud. 3. v. 30.
	Post mortem Aod peccauit iterũ,	cap. 4. v. 1.
Præmuntur	20. annis à Iabin rege,	Iud. 4. v. 1. 3.
	Et clamauerunt post oppressionem 20. annorum cap. 4. v. 3.	
Quiescit terra	40. annis sub Debora,	Iud. 5. v. 31.
Seruiuit	7. annis Madian regi,	Iud. 6. v. 1.
Quiescit terra	40. annis sub Gedeon,	Iud. 8. v. 28.
	3. annis Iudicat Abimelech,	Iud. 9. v. 22.
	23. annis Thola,	Iud. 10. v. 2.

collecti anni, temere ex commutatione affiniũ dictionum errorem commissum esse imaginatus est. Neque vero annos 18. Philisthijm à sequentium pariterque antecedentium Iudicũ annis distinguere cogimur, cùm enim à morte Gedeonis fornicati sint filij Israhel in Baalim. Iudic. 8. v. 33. idq́ peccatum ita paulatim increuerit, vt circa te͂pora Iephte etiam Astaroth et Syriæ ac Sidonis deos assumere͂t, verosimilius est tot annis X quot

	22. annis Iair,	Iud.10.v.3.
Seruiuit	18. annis Philisthym,	Iud.10.v.6.7.8.
	6. annis Iephte iudicat.	Iud.12.v.7.
	7. annis Abesan,	Iud.12.v.9.
	10. annis Elon,	Iud.12.v.11.
	8. annis Abdon,	Iud.12.v.14.
Seruiuit	40. annis Philisthym,	Iud.13.v.1.
	20. annis Sampson,	Iud.15.v.20.
	40. annis Heli,	1.Reg.4.v.18.
Summa	450. anni.	

quot Abimelech, Thola & Iair praefuerunt, non indulsisse Deũ peccatis eorum ac siluisse, sed suo more hostium immissione acriter castigasse, vt resipiscerent, nec mortem Iair expectasse, vt affligeret, sed eo viuo 18. annis Philistheis subiecisse, quos etiam mox à morte Iair ad Iephte finitos esse poenitentia eorũ morti Iair subiuncta cap. 10. v.10. ac deinceps, Deinde ducis fortis inueniendi continuum studium eodem. v.18. & sequens Iephte victoria satis ostendunt. Rursus 20. annos Iabin sub 40. Deborae contineri inde liquet, quòd Iud. 4. v.1.2. post mortem Aod Israhelitae traduntur in manus Iabin 20. annis, & mox à versu 4. eodem tempore Debora iudicasse Israhel dicitur, quare quod Iud. 5. v.31. dicitur terra 40. annis quieuisse, intelligendum est non de toto eo tempore, sed per synecdochen de parte, vt sit sensus: Deboram in 40. annis, quibus iudicauit Israhel, ipsum à seruitute vindicasse. Itaq; in reliquis quoq; restitutae quietis annis eadem interpretatione vti conuenit, & seruitutum annos sub Iudicum annis comprehendere, vt consentanei sunt anni Iudicum summae 480. annorum, 3. Regum 6. positae, nec temere contrarietatis mendum admittatur.

V Reges Iuda & Israhel, cum summariae demonstrationis pars existant, & in conciliatione difficultatem aliquam adferant, non erant hic praetermittendi, sed reddendae causae, quibus dispositio à nobis exhibita comprobetur, ne & parum firmum demonstrationum robur posuisse videamur, & cum plerisque alijs parum foeliciter in hac parte chronologiae laborasse. Habent reges Iuda & Israhel certum initium à morte Salomonis, certum finem in captiuitate Samariae & Ierusalem, determinatissimam conciliationem in principio Iehu, regis Israhel anno 3064. vbi vtroque rege caeso idem initium habeut Iehu & Atalia, & definitam annorum summam in prophetia Ezechielis, vt anno 2972. asscripsimus. Quod ad reliqua attinet, nos eorum regum annos ita conciliauimus, vt ad summum duo tantum nodi relinquantur, vnus in 41. annis regni Ieroboam, anno ab aedificatione templi 189. alter in 27. Ieroboam, Azariae initio, anno ab aedificatione templi 204. imo hic posterior vnicus, ac nullus tandem, si vel in vtroque, vel hic saltem librariorum mendum agnoscatur, vt eo loco annotauimus. Nec existimo aliter disponi posse hos reges, & eorum tempora distribui, quam nos fecimus, nisi pluribus erroribus & maioribus difficultatibus, quis se inuoluere velit, tentauimus enim plurimis modis, quorum omnium hic extricatissimus erat, & minime contradictionibus obnoxius. Oportet autem in annorum aßignatione eam moderationem adhibere, vt quandoque anni maiorem partem pro anno computemus, minorem è diuerso negligamus. Sic Asa rex Iuda ab anno mundi 2991. regnauit annos 41. at quod superest minus dimidio anno non connumeratur. Similiter Iehu ab anno 3063. regnauit 28. annos, & quod superest negligitur. Ediuerso Achaz rex Israhel ab anno mundi 3206. regnauit 16. annis, non completis, sed pars vltimi pro toto computatur. Potest autem & in huiusmodi casu pater cum filio aliquot menses regnasse dici, vt completi fiant anni. Rursum cum numeri ordinis proponuntur, in quibus fere collatio est regnorum, intelligatur vel intra vertentes, vel post finitos, etiam aliquandiu, vel iam incipientibus, siue mox incepturis aliorum initia constitui. Sic anno mundi 3187. Phaceia rex Israhel regnum inchoat, anno 50. Azariae incipiente, vel sub eius initium, vt 50. Azariae sit primus Phaceiae. Et anno 3222. Ezechias rex Iuda dicitur inchoare regnum post finitum tertium Oseae regis Israhel. Et anno 3055. Ioram rex Iuda coepit regnare anno 5. Ioram Israhel, currente scilicet. Hanc moderationem etiam ethnici scriptores subinde requirunt, quae adhibita vno anno differentibus veritatem vtrinque saepißime tuebitur, eadem regibus Iuda & Israhel permissa, conueniens eorum conciliatio facta reperietur. Et sane requiri eam à sacris literis satis euidens est ex anno 2891. adscriptis. Olympiadem obseruandum est apud scriptores non semper pro eo sumi, in quo ludi Olympici celebrati sunt, sed nonnunquam pro toto quadriennio, quod ab vna celebritate in proxime sequentem extenditur, talem enim Olympiadem diuidentes primum secundum tertium quartumue eius annum appellamus. Reg. Iuda & Israhel.

X Pontifices Iudaeorum, quos inscribere contigit, fundamentum accipiunt ex Iasone anno mundi 3794. à quo sursum ad mortem Alexandri Magni, & Iadduae pontificis Philonẽ Annij sequuti sumus, & rursum à Iesu & solutione captiuitatis Babylonicae vsque ad Iadduae mortem. Mediocriter autem videntur primorum pontificum anni vsque ad Ioadam, Olympiade 87. signatum historiae conuenire, porro à Ioada ad Iadduam plures anni inueniuntur quam in Philone Annij sunt, quamobrem in Ioada Ioathan, & Iaddua coniecturis vtendum fuit. Pontif. Iudaeorum.

Ponti-

Pontif. Roman. *Pontifices Romanos primos 4. à Petro dispoſuimus ex traditione Irenæi, quem (cum viciniſsimus fuerit Apoſtolorum temporibus, nempe ſub 12. pontifice Eleuthero) credimus veriorem à Patribus traditionem acceptam ſequutum eſſe, cui & Euſebius, Hieronymus, & Nicephorus Conſtantinopolitanus ſubſcribunt. Si Clementis Romani epiſtolæ, quæ hodie extant, illorum temporibus extitiſſent, & pro Clementinis habitæ fuiſſent, ſecundum haud dubiè Petro Clementem conſtituiſſent. Certe Euſebius Eccl. hiſt. lib. 3. cap. 15. 16. 37. & 38. vnam tantum ad Corynthios epiſtolam Clementis agnoſcit, de altera quadam dubitat, nec plurium meminit. Vnde epiſtolas haſce adulterinas credimus, quòd cum primorum patrum traditione non conueniant, neq; etiam quinta apoſtolicum pectus redolet, vt quæ communionẽ vxorum approbet. Adhæc veritati hiſtoriæ diſſonantiſſimum eſt, poſt Petri mortem ad Iacobum fratrem Domini ſcribi, martyrium ſiquidem hic ſubijt 6. circiter annis ante Petrum. Quare ſuppoſititias has iudicamus, & ab impoſtore aliquo hinc inde, maxime autem ex libris recognitionum conſarcinatas, habent enim paſsim longas paginas ad verbum inde infartas, quod tam fœcundus omni rerũ cognitione Clemens facturus non erat. Poſt Petrum igitur cum his Patribus Linum ponimus, deinde Anacletum, tertio loco Clementem, quarto Euariſtum, hinc deinceps eruditiſsimi viri Onuphrij Panninij lucubrationes ſequimur.* Y

Sabbat. terræ. *Sabbata terræ quæ Hebræi à menſe Tiſri inchoant, vt habet Munſterus in Calendario Hebraico, quorum de numero ſunt Iubilei, anno mundi 2507. ſex videlicet annis poſt partitionem terræ principium habent. Cæterum ea per captiuitatem Babylonicam interrupta fuere, ſed hac ſoluta ſeptimo poſt iterum cultam terram anno reſumpta. Exhibet autem hic ſabbatiſmus magnum iuſtè diſpoſitionis argumentũ in capta ab Herode Hieroſolyma anno Vrbis 715. quòd duo hæc ibi coincidant ſecundum Ioſephi teſtimonium lib. Antiq. 14. cap. 26.* Z

Archonton Athenienſium. *Archontes Athenienſium præcipue ex Dionyſio Halicarnaſſeo, Diodoro & Pauſania inſcripſimus, tum qui paſsim apud alios ſcriptores reperiuntur, nominum item multorum reſtitutionem, et quarundam incidentium difficultatum reſolutionem antiquitatis ſolertiſsimus indagator, & vir doctiſsimus Franciſcus Fabricius, ſcholæ Duſſeldorpianæ Rector, nobis ad huius partis illuſtrationem communicauit. Obſeruandum autem Dionyſium Halic: annos olympiadum non à ſolſtitio ordiri, ſed cum annuo Romanorum magiſtratu inchoare pariterq; finire, & primum Olympiadis annum vocare eum Romanũ, in quo Olympias acta eſt, ita vt pars eiuſdem olympica feſta antecedat, pars item ſequatur, Romanam enim hiſtoriam ſcribentem, Romanos etiam annos ſequi conueniebat. Sic porro apud hunc annos accipere cogit, olympiadis 75. cum Cæſone Fabio & initio veris coniunctio anno Vrbis 273. ſignata. Diodorus autem cum Græcorum res geſtas potius quam Romanorum proſequatur, eorum etiam annos multum à Romanis variantes ſupputat, ſiquidem à ſolſtitio nouus apud Athenienſes magiſtratus inibatur, vt ex belli Peloponneſiaci initio anno 2. Olymp. 87. notato manifeſtum fit, vnde à ſolſtitio incipientes Atticos ſiue Olympicos annos hiſtoriæ ſuæ plurimum conuenientes vſurpauit. In Philippi Macedonis tamen hiſtoria Macedonicos annos intelligere apud eundem conuenit, vtq; olympiaci anni eo modo ſumantur, quo in Romana hiſtoria ſumendos diximus, iuxta quem modum ex ijs quæ principio huius capitis de Macedonum Chaldæorumq; anno ſcripta ſunt, primus quiſq; Olympiadis annis duobus aut tribus ad ſummum menſibus poſt Olympicũ certamen terminabitur.* Aa

Hebdomadum Danielis. *Hebdomades Danielis 70. omnino terminantur in morte Chriſti, quocunque nonnulli finem illarum reijciant, perſpicue enim ait Daniel 9. cap. Chriſtum poſt 69. hebdomadas occidendum eſſe, confirmaturum autem (doctrina & miraculis) teſtamentum (ſuum nouum) hebdomada vna (nimirũ 70.) & in eius dimidio ceſſaturum ſacrificium (legis, per mortem Chriſti.) Quum ergo de fine conſtet, de principio earum dubitari non poterit, modo rectè à nobis diſtributa ſunt tempora. Incidit autem principium harum hebdomadum iuxta noſtram demonſtrationem in annum Vrbis conditæ 299. ſiue 81. Olymp. annum 3. quo & 20. annis Artaxerxis coincidit, in quo non templi, quod ſub Dario extructum eſt, ſed vrbis murorum & portarum inſtaurandarum mandatum à rege datum eſt, de quo mandato expreſſe loquitur angelus Danieli, addens ab eo prolato computandas 70. hebdomades vſq; ad mortem Meſsiæ. Iam huc concurrere annum 20. Artaxerxis perſpicuum fiet, ſi duo regni ipſius initia obſeruauerimus, vnum quo patre mortuo ſucceſsit, alterum quo patri ſecundam in Græcos expeditionem paranti iuxta Perſicam legem ſubſtitutus eſt. Ab hoc enim ſubſtitutionis principio rationi conſentaneum eſt Iudæos, qui ſub Perſarum dominio viuebant, Artaxerxis domeſtici regis, à quo beneficia in gentem ſuam & patriam expectabãt, annos in actorum ſuorum annalibus obſeruaſſe, potius quam abſentis dubio bello patris. Hoc autem principium 20. quam proxime annis ab hebdomadarum principio à nobis ſignato in anteriora diſtare ſic probamus. Themiſtocles Athenienſis anno 2. Olymp. 77. ad Artaxerxem nuper regnare incipientem fugit, vt ibi adſcripſimus, fugit autem circa anni principium, multa enim & longa itinera peregit, atque apud Xerxem agens linguam Perſicam didicit, munera accepit, & poſſeſsiones à rege datas inijt antequã anno ſe-* Bb

no sequente ad bellum Græcanicum egrederetur ille, vt habet Diod. anno 2. Olymp. 77. paulo igitur ante 282. V. C. annum Artaxerxes regni paterni gubernaculis admotus est. Cum porro ex Pausaniæ proditione 276. anno Vrbis annotata & descripta constet Xerxem de secunda expeditione Græcanica 6. vt minimum annis ante Themistoclis fugam, hoc est continuo post memorabilem cladem priore expeditione à Græcis acceptam, cogitasse, & apparatum in eam facere cæpisse, deinde ex ijs quæ de publicato Xerxis dolo ex Iustino ibidem adscripsimus, aperte pateat Xerxem occultæ proditionis spe delusum aperte iam & maiore impetu atq; acceleratione omnia ad inchoandum bellum comparasse, ac proinde maturius se ad expeditionem accinxisse, non dubium est quin maturius quoq; filium Artaxerxem, post primam expeditionem aut sub finem eiusdem haud dubie natum (vt anno Vrbis 289. probatum est) sibi in regem substituerit. Quapropter conuenientissima ratione dictum illud Diodori: Nuper incipientis regnare Artaxerxis: de tribus paulo minus annis interpretamur, vt triennium tantum ab hoc rege constituto sursum ad Pausaniæ proditionem deprehensam intersit, propter Xerxis maturationem, & indidem ad Cimonis Atheniensis naualem iuxta Salaminam contra Persas victoriam paulo minus qnadriennio, quod dum filium regem constituit, negotia regni perlustrat, disponit atq; ordinat, copias & ad bellum necessaria passim congesta terra mariq; in duos exercitus colligit, exercitumq; terra classem mari deducit, donec à Cimone vtrobiq; cæditur, facile dilapsum est. Itaq; triennio circiter non toto ante Themistoclis fugam patri in regno Persarum substitutum fuisse Artaxerxem necesse est, qui locus 20. annis initium 70. hebdomadarum à nobis signatum antecedit, recte ergo harum principium à nobis constitutum est.

Cc Persarum postremos recentioresq; reges & eorum successores Saracenos, denique omnia occupantes Turcas, tum etiam Francorum reges Romanis temporibus excludere noluimus, quòd monarchiæ quartæ & postremæ cursum contemplari volenti, horum quoq; consideratio in primis plane sit necessaria, vt à quibus maxima illi mutatio & clades illata sit, maiorq;, proh dolor, in posterum metuenda sit. Autores quorum testimonijs nitimur singulis locis adscripsimus.

Deniq; vt nihil ad speculationem & demonstrationem temporum desit, cyclum decemnoualem Hebræorum ab exitu Aegypti vsq; ad extremam desolationem Templi, & vrbis Ierusalem subuersionem, à Tito factam, continuauimus, initijs eorum suo cuiusq; loco notatis. Idem in cyclo decemnouali Latinorum à Christo passo deinceps fecimus, & literas dominicales cuiusq; anni principio inscripsimus. Indictiones quoq; ex quo institutæ sunt non omisimus, quo omnibus modis conferri & conciliari tempora possint. Porro in cyclis decemnoualibus hoc sciendum est: ex 28. cyclis magnum cyclum 532. annorum conflari, post quem coniunctiones oppositionesq; luminarium magnorum, non solum vt in minoribus cyclis, ad eosdem eodem ordine dies redeunt, sed etiam ad eandem hebdomadæ feriam, ac proinde Pascha in eosdem mensis dies restituitur, ideoq; Bedæ magnum cyclum anno Domini 532. incipientem per capita minorum cyclorum numeris signauimus vsq; ad 28. vt quotus quisq; sit in ordine sine paginarum multa reuolutione cognoscatur. In sequente magno cyclo idem obseruauimus, sed prius adiecto binario, quo in secundo maiore cyclo versari se videat inspector. Minores cyclos annum Domini 532. antecedentes si quis similiter numeret, poterit per omnia Christi tempora iuxta cyclorum rationem de pleniluniorum & paschatis tempore ex Bedæ cyclo pronunciare.

Hac temporum demonstratione, vt omnia vndiq; inter se consentientia conspiciuntur, ita etiam exacte Heliæ, siue Thesbitis illius, siue alterius vaticinio, quod Hebræi per manus acceptum suis libris passim inseruerunt, respondere inueniuntur, quod sic habet: Sex milia annorum mundi, & postea destructio, duo milia inane, duo milia lex, duo milia Christus, & si quid ex his deerit, deerit propter peccata nostra, quæ magna & innumera sunt. Huius enim primum æuum exquisitè terminatur ad euocationem Abrahæ ex Hur Chaldæorum, secundum in morte Christi, sequente quam appositissime proximo anno sabbato terræ, quod sublati legalis iugi, & inuentæ per Christum pacis ac requiei symbolum est. Tertium quousq; complendum sit solus nouit cœlestis pater Matth. 24. Mar. 13. Pulchrum præterea videre est omnia quæ solidis testimonijs requirebantur, in passione Christi concurrere, videlicet annum 4. Olympiadis 202. quo præternaturalis illa solis obscuratio in passione Christi contingens à Dionysio Areopagita obseruata est, Lunam 14. qua pascha nostrum iuxta legem immolari debebat, diem Veneris quo mortuum esse Christum testantur omnes, & medium deniq; 70. hebdomade Dan. 9. Quorum quædam ex præmissis demonstrationibus constant, alia die passionis Christi concernentia mox ita se habere declarabimus. Coronis demonstr.

DE ANNIS PRAEDICATIONIS CHRISTI, & Speculum harmoniæ euangelicæ, cap. 2.

CVM annos Roman[orum] Imperatorum & Consulum firmis testimonijs ad Indictiones vsq; & Valentiniani initium co[nti]nuassem, vnde deinceps perpetua & constans annorum Christi computatio

seruata est, deprehendi interstitium quod est à 15. anno Tiberij & Baptismo Christi vsq; ad Indictiones, & Valentinianum vno anno maius esse quam vulgatæ annorum Christi supputationi competeret, cuius causam cùm intentissime inuestigarem, ac viderem Lunam decimamquartam non alio quam quo passionem signaui anno ad Veneris diem accedere posse, & in 4. pariter Olympiadis 202. annum incidere, suspicatus sum quadriennium, & menses aliquot à baptismo Christi vsq; ad eius mortem effluxisse, quemadmodum ipsa annorum intercapedo oculis exhibebat, tametsi veteres omnes fere triennium cum dimidio ponant. Et quidem hanc suspicionem non modo augebat, sed pro indubitato confirmare videbatur antiquissimus ecclesiæ à passione Christi computus, quem ex Beda de natura rerum maiori opere cap. 46. continenter ab incunabulis ecclesiæ Romæ vsitatum fuisse apparet, cùm à conceptione vel natiuitate computandi modum Dionysius Exiguus Romanus demum circa annum Domini 532. inuenerit, qui & longo post tempore ab Eugenio 4. hortatore Blondo Notario in ecclesiam Christi Romanam inductus est, ea tamen ratione dubitabilis, quòd præter paucos menses triennium tantum prædicationis Christi, sine iusta demonstratione supponat. Narrat autem Beda suo tempore anno secundum Dionysium ab incarnatione Domini 701. Indictione 14. Romæ in natali Domini ita cereis beatæ Mariæ (annua consuetudine) inscriptum fuisse: A passione Domini nostri Iesu Christi anni sunt 668. idq; à suis monachis tum Romæ existentibus, ita visum atq; exscriptum esse, qui numerus ab Indictionis dictæ loco in anteriora emensus exacte in annum passioni à nobis assignatum incidit. Itaq; & antiquissima annos Christi à passione numerandi forma, & exemplo difficulter fallaci persuasi, recte passionis tempus à nobis signatum existimauimus, & 4. annis integris Christum docuisse. Non tamen his argumentis contenti fuimus, nisi & historiam euangelicam consentire videremus. Quapropter eius harmoniam capitibus tantum actorum & profectionũ Christi annotatis tanquam in speculo proponere studium fuit, in quo, pro numero euangelistarum distributis areis, quæ eadem sunt apud diuersos, aut simul facta, hæc è regione sibi mutuo responderent, æquali à summa vel ima linea distantia, vbi vero tempore differentia narrantur, priora scribentes, priorem etiam locum occuparent, reliquis vacantibus & dilatis quousq; eorum vices in narrationis tempore succederent, vt & singulorum maneat propria & continua historia, & ex omnibus per proxima semper in descensu diuertendo vna communis colligi possit. Quæ ratio nobis tum ad nostram intentionem tum ad sacrum quoq; studium maxime perspicua, facilis & accommoda videbatur, & sine omni confusione ordinatissima. Hãc igitur primum proponemus cum annotationibus & demonstrationibus, vbi opus erit in margine appositis, quibus quadriennium integrum in ea comprehensum velut, digito ostendemus, postea ad Lunam decimam quartam, & diem paschæ tempore passionis Christi eruendum conuertemur. Seruabimus autem & hanc formam in singulis euangelistis, vt capitum principia supra reliqua extent, quæ vero præter ordinem dicuntur, veluti per anticipationem aut recapitulationem, ea contractioribus adhuc versibus scribantur, deniq; quæ summatim latam alterius historiam complectuntur, sparsis per medium areæ dictionibus ad rei gestæ terminum extrahantur, quo vera euangelistarum collatio vel oculis iudicibus obuia & perspicua fiat. Vtemur verbis euangelistarum, nisi vbi compendio aliquid dicendum erit ad vitandam prolixitatem, non enim integram & plenam harmoniam describimus, sed speculum tantum & veluti indicem, qui quo singula euangelistarum scripta referenda sint, commonstret.

Sequitur speculum harmoniæ euangelicæ.

Matthæus.

1 Liber generationis Iesu Christi, *filij Dauid, filij Abraham, &c.*
Iacob genuit Ioseph, maritum Mariæ, ex qua natus est, &c.

Iesu vero Christi natiuitas sic habet. Quum mater eius Maria desponsata esset Ioseph, priusquam congreßi essent, deprehensa est grauida è spiritu sancto. Porro Ioseph maritus eius quoniam erat iustus, & nolebat illam infamare, voluit clanculum ab ea diuertere. Hæc autem cum is in animo versaret, ecce angelus Domini in somnis visus est illi, &c.

Excitatus autem Ioseph à somno fecit, vt iniunxerat sibi angelus Domini, & adiunxit sibi vxorem suam, & non cognouit eam

donec pepe-
ris-
set
fili-
um suum
primo-
geni-
tum,

& appellauit nomen eius Iesum.

Epiphania.
Ser. x p. p. 184.

2 *Cùm autem natus esset Iesus in Bethlehem, ciuitate Iudeæ, temporibus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente accesserunt Hierosolyma, &c.*

Tum Herodes clam accersitis Magis accurate perquisiuit ab illis, quo tempore stella apparuisset, &c.

Digreßis autem illis angelus in somnis iubet Ioseph cum puero & matre in Aegyptum fugere, &c.

Tunc Herodes vt vidit sibi illusum fuisse à Magis, indignatus est vehementer, ac mißis satellitibus interfecit omnes pueros, qui erant in Bethlehem et in omnibus finibus Bethlehemiticis, quotquot essent bimuli aut minores iuxta tempus quod exacte cognouerat à Magis, &c.

Cæterum defuncto Herode, ecce angelus Domini apparet Ioseph in Aegypto, dicens, surge & assume puerum & matrem eius, & vade in terram Israhel, &c.

Verum cùm audisset Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed oraculo admonitus in somnis secesßit in partes Galileæ, ac profectus habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth.

Marcus.

1 Initium euangelij *Iesu Christi, filij Dei, sicut scriptum est in Prophetis. Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, &c.*

Lucas.

1 Erat in diebus Herodis, *regis Iudeæ, sacerdos quidam nomine Zacharias, &c. & vxor eius Elizabeth, &c.*

Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ corã Deo secundum consuetudinem functionis sacerdotalis, sors illi obuenit, vt odores incenderet, &c. Promittitur illi filius ab Angelo, nominandus Ioannes.

Et accidit vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth, vxor eius, & occultabat se mensibus 5. &c,

In mense autem sexto missus est Gabriel angelus à Deo in ciuitatem Galilea, cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, &c.

Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c.

Ac discessit ab illa Angelus.

Exurgens autem Maria in diebus his, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, ac salutauit Elizabeth. Mansit autem Maria cum illa circiter mensibus 3. & reuersa est in domum suam. Elizabethæ vero impletum est tempus pariendi, & peperit filium suum, &c. Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, & erat in desertis donec veniret dies quo ostendendus erat apud Israhelitas.

2 *Factum est autem in diebus illis exijt decretum à Cæsare Augusto, vt cenferetur totus orbis, &c.*

Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, &c.

Accidit autem cùm essent ibi completi sunt dies pariendi. Et peperit filium suum, &c.

Pastoribus excubias agentibus circa gregem suum gaudium annunciat angelus. Vt discesserunt angeli in cælum, festinantes transeunt in Bethlehem, &c.

Et postquam consummati sunt dies 8. vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, &c.

Et postquam completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem Mosi, adduxerunt eum Hierosolymam vt sisterent eum Domino, &c.

Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.

Puer autem crescebat corroborabaturque spiritu, & implebatur sapientia, &c.

Et ibant parentes eius quotannis Hierosolyma in die festo Pascha. Et cùm factus esset annorum 12. ascendentibus illis Hierosolyma secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cùm redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, &c. Disputat cum doctoribus, &c.

Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum atque homines, &c.

Ioannes.

1 In principio erat Verbum, & *Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, &c.*

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & conspeximus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti à patre, plenum gra-

3 In diebus illis accedit Ioannes baptista, prædicans in deserto Iudeæ, dicens, pœnitentiam agite, &c.

Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & tota Iudæa, totaque regio vndique finitima Iordani, & baptisabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata sua. Tunc accedit Iesus à Galilea ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab illo, &c.
Et baptizatus Iesus ascendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt illi cœli, & vidit spiritum Dei descendentem tanquam columbam, & venientem super ipsum, & ecce vox de cœlis dicens, &c.

4 Tunc Iesus ductus fuit in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo, & cùm ieiunasset 40. dies ac noctes, &c.

Clemẽs Romanus lib. recognit. 1. pag. 2. H. dicit Christũ sumpto à tempore veris exordio Iudæis regnum Dei euangelizasse.

Quum audisset autem Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galileam, & relicta Nazareth profectus habitauit in Capernaũ. Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere: Resipiscite, instat enim regnũ cœlorum.

Baptisabat Ioannes in deserto, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Et egrediebatur ad eum tota Iudeæ regio ac Hierosolymitæ, & baptizabantur, &c.

Et factum est in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galileæ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane, & statim cùm ascenderet ex aqua, vidit diffundi cœlos, & spiritum quasi columbam descendentem, &c.

Et continuo spiritus illum expulit in desertum, & erat illic in deserto dies 40. & tentabatur à Satana, eratq; cum feris, &c.

Postquam autem comprehensus esset Ioannes, venit Iesus in Galileam, prædicans euangelium regni Dei, & dicens, Impletum est tempus, instatq; regnum Dei, resipiscite & credite euangelio.

Lucas.

3 *Anno autem 15. Tiberij Cæsaris, &c. factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptismum, pœnitentiæ in remissionem peccatorum, &c.*

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, vt & Iesu baptizato, & orante apertum sit cœlum, ac descendit spiritus sanctus corporali specie, quasi columba in ipsum, & vox de cælo facta est, &c.

4 *Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane, & actus est per spiritum in desertum, ac diebus 40. tentabatur à diabolo, &c.*

Et reuersus est Iesus virtute spiritus in Galileam, Et ipse docebat in synagogis eorum.

Et venit in Nazareth, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbatorum in synagogam, & surrexit vt legeret, &c. Deinde com-

Ioannes.

tia & veritate.

Ioannes testificatur de ipso, & clamat, dicens, hic erat de quo dicebam, &c.

Hoc est testimonium Ioannis quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent illum, Tu quis es, &c.

Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat. Postero die videt Ioannes ipsum venientem ad se, & ait: Ecce agnus, &c.

Postero die iterum stabat Ioannes et ex discipulis eius duo (quorum alter Andreas) dixit illis: Ecce agnus Dei, qui sequuti sunt Iesum, rogant eum vbi habitet, Iussi sequi & videre sequuntur, & apud illum manent eo die.

Andreas prior fratrem suum Simonem repperit, adduxit eum ad Iesum.

Postero die voluit Iesus exire in Galileam, & repperit Philippum, & dicit ei: sequere me.

Philippus inuentum Natanaelem ad Iesum adducit.

2 *Et die 3. nuptiæ fiebant in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi, vocatus autem & Iesus est ac discipuli eius ad nuptias, &c.*

Post hæc descendit Capernaum ipse et mater eius et fratres eius & discipuli, & ibi manserunt non multis diebus.

Iesus habitat. in Nazareth.

Et in propinquo erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Eiecit templo ementes & vendentes.

Pascha 1.

Cùm autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius, videntes signa eius quæ edebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, &c.

3 *Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum nocte, &c.*

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, ac baptizabat, baptizabat autem & Ioannes in Aenon iuxta Salem, &c.

Migrat in Iudæam.

Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in carcerem.

Orta quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis est de purificatione. Interrogatio de baptismo Christi facta.

4 *Vt ergo cognouit Dominus audisse Pharisæos quòd Iesus plures baptizaret quam Ioannes, reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galileam. Oprotebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar ad fontem Iacob (4. mensib. ante messe, vt patet ex interrogatione: Nonne, &c.)*

Migrat in Galileá, & Ioannes in carcerẽ mittitur.

Rogauerunt Samaritani vt cum ipsis maneret, & mansit 2. dies. Post 2. autem dies exijt inde & abijt in Galileam.

Pascha 2.

Cùm ergo venisset in Galileam, exceperunt illum Galilei, cùm omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo, & ipsi enim venerant ad diem festum.

Venit ergo Iesus iterum in Cana Galileæ, vbi fecerat ex aqua vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum, hic cùm audisset quòd Iesus aduenisset à Iudæa in Galileam, abijt ad eum, & rogabat eum vt descenderet, ac sanaret ipsius filium, &c.

Dixit ad eum Iesus, vade filius tuus viuit, &c.

Hoc iterum secundum signum edidit Iesus cùm venisset à Iudæa in Galileam.

Breuitas tẽporis à paschate ad messẽ, Mar. 2. & Luc. 6. notatam, videlicet 2 $\frac{1}{2}$. circiter mẽses, & econtrario à primo paschate longior indubitato mora Christi apud Iorda-

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galileæ, vocat Simonem & Andream fratrem eius iacientes rete in mare. Et progressus illinc, vocat Iacobum & Ioannem, filios Zebedei, sarcientes retia cum Zebedeo patre suo, qui sequuti sunt eum, & circumibat totam Galileam Iesus docens in synagogis illorum, ac prædicans euangelium regni, & curans omnem morbum & omnem languarem in populo.

5 Quum vidisset autem turbas, ascendit in montem.
Et cùm consedisset accesserunt ad illum discipuli eius, & postquam aperuisset os suum docebat illos (hæc videlicet,)
8.beatitudines.
Vos estis sal terræ, &c. Lux mundi, &c.
Habeto beneuolentiā cum aduersario tuo, &c.
Si oculus tuus dexter tibi, obstaculo, &c.
Quisquis repudiauerit vxorem suam.
Si quis impegerit alapam in dextram, &c.
Diligite inimicos vestros, &c.
6 Attendite ne eleemosinam vestram, &c.
Pater noster qui es in cœlis, &c.
7 Nolite cōdemnare, et non condemnabimini, &c.
Cauete à pseudoprophetis, &c.
8 Cùm descendisset autē de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus accedens, adorauit eum, &c.

protensaque manu tetigit eum, &c.

Cùm autem ambularent iuxta mare Galileæ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, quos iussit sequi,
Et progressus illinc pusillum vocat Iacobum & Ioannem filios Zebedei, qui sequuti sunt illum.
*
Et ingrediuntur Capernaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat, &c.
Sanat in synagoga hominem obnoxium spiritui immundo.
Et protinus è synagoga egressi venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.
Socrus Simonis à febri liberatur.
Vespere autem cùm occidisset sol afferebant ad eum omnes malè habentes, &c.
Et ciuitas tota congregata erat ad ostium.
Et mane multa adhuc nocte egressus abijt in desertum locum, prosequutusque eum Simon cum suis dicit: Omnes te quærunt, Ait illis Iesus: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem, in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum in tota Galilea, & Dæmonia eijciebat.

Et venit ad eum leprosus, deprecans eum eique ad genua accidens, ac dicens illi: Si vis potes me mundare.

Iesus autem misertus protensa manu tetigit illum, &c. Et dixit ei: Vide ne cui dixeris, &c. At ille egressus cæpit prædicare multa & diuulgare sermonem, ita vt iam non posset Iesus manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.
2 Et iterum intrauit Capernaum post dies aliquot, & auditum est quod in domo esset, & protinus congregati sunt multi adeo vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis sermonem.
Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur, &c. Per tectum cum grabato, in quo decumbebat, demissus, &c.
Ait paralytico. Tibi dico surge, ac tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam.
Et egressus est rursus ad mare, omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos. Et cùm præteriret Iesus, vidit Leui Alphei filium, vocat eum, seq...tur.

Matthæus vocatur.

Et factum est cùm accumberet in domo illius, &c.
Scribæ & Pharisæi dicebant: Quid est quòd cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? &c.

Messis.

Et accidit vt transiret sabbatis per segetes, et cæperunt discipuli eius inter viam vellere spicas, &c.
3 Et intrauit iterum in synagogam, & erat ibi homo arefactam habens manum. qui curatur, &c.

plicatam librum reddidit ministro, ac resedit, & concionatus est, &c.
Et ait ad illos: Omnino dicetis mihi hanc similitudinem, medice cura teipsum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua.
Eiectus è ciuitate, & ductus vsque ad supercilium montis, vt præcipitaretur, &c.

*

Et descendit Capernaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis.

Liberat & sanat hominem habentem spiritum dæmonis immundum, &c.
Cùm autem surrexisset Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis.

Socrum Simonis à febri liberat.
Cùm autem Sol occideret omnes qui habebant infirmos morbis varijs ducebant illos ad eum, &c. Exibant autem & dæmonia à multis clamantia & dicentia: Tu es Christus ille filius Dei, &c.
Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum, volentes ipsum detinere, quibus ille ait.
Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, nam in hoc missus sum.
Et prædicabat in synagogis Galilææ.
5 *Factum est autem cum turba immineret ei, vt audiret verbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth, vidit duas naues stantes ad stagnum, è quarum altera quæ Simonis erat paulùm à terra subducta concionatus est.*
Post concionem dixit Iesus: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam, &c.
Rumpebatur autem rete eorum præ multitudine piscium. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eum (Simon, Iacobus, & Ioannes.)

Et accidit cùm esset in quadam ciuitate, & ecce vir plenus lepra, cùm vidisset Iesum prostratus in faciem, rogauit eum, dicens: Domine si vis potes me mundare.

Et protensa manu tetigit eum, &c. Et ipse præcepit illi ne cuiquam diceret, &c.
Peruagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ, vt audirent & sanarentur, &c.
Ipse autem agebat in secessu in desertis, & orabat.

Et factum est quodam die, & ipse docebat, erantque Pharisæi sedentes, ac legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudeæ, & Ierusalem, &c.

Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, &c. quem per tegulas demiserunt cum lectulo in medium ante Iesum, &c. Ait paralytico: Tibi dico surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam.

Et post hæc exijt, ac vidit Publicanum, nomine Leui sedentem ad telonium, & ait illi: sequere me, atque is relictis omnibus surgens sequutus est eum.

Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, &c. Et murmurabant Scribæ & Pharisæi, &c. dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?
6 *Accidit autem vt in sabbato secundo primo transiret per sata, ac vellebant discipuli eius spicas, &c.*
Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in synagogam & doceret, &c. Homo aridam manum habens curatur, &c.

nem in Iudęa, dum docet, baptisat, & multitudinem discipulorum colligit maioré quam Ioannes, præter reliquas profectiones à Ioanne, Marco, & Luca descriptas ante messem dictam, cogunt festum hoc Io. 4. signatum pascha 2. dicere, præcipue hoc accedente, quod 4. mensibus ante messem in Galileá migrasse dicitur, á quo tempore ad messem non aliud omnibus Hierosolymis celebrandum festũ occurrit quam Pascha & Pentecoste, atqui Pentecoste vicinius est messi, quam vt cum huius festi loco cõuenire possit, quare Pascha hoc esse necesse est.
Cæterum cùm Iesus à Iordane recta in Galilæam migrare sub festũ paschæ insinuetur, & à Galileis qui simul festiuitati interfuerant excipi, dubitari potest, quando ad hoc festum accesserit. Dicimus igitur cùm in Galileá migrasset, paulo post inde Hierosolymam ad festum iuisse, inde autem reuersum amáter à Galileis exceptum fuisse. Neq; enim verba Ioannis: Cùm ergo venisset in Galileam, &c. dicere cogunt festum hoc celebratũ fuisse antequá veniret in Galileá, hoc enim messis distantia in itinere indicata cum itineris cõtinuitate nõ patitur, sed sententia Ioannis est: Postquam Iesus migrasset in Galileam, indeq; cum eo ad festum profecti Galilei vidissent signa quę fecerat Hierosolymis, gauisi sunt talem sibi Prophetam contigisse, &c. Recte ergo hoc loco 2. Pascha assignauimus.

Orationé dominicam bis docuit Christus, hic Matth. 6. totam multitudinem cum Apostolis, Luc. 11. autem discipulos tantum vno illorum petente.

Egreßi vero Pharisæi statim vna cum Herodianis consilium inibant aduersus eum, vt illum perderent.

Iesus autem cum discipulis suis seceßit ad mare, & ingens multitudo à Galilea, sequuta est, & ab Iudæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumea, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant, ac Sidonem, hominum multitudo magna, &c.

Et iußit Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret, propter turbam, ne ipsum premerent, &c.

Et ascendit in montem, ac vocat ad se quos vult ipse, &c.

Et fecit 12. vt essent secum, & vt emitteret illos ad prædicandum, &c.

12. Apostolos ex discipulis eligit Christus.

Porro cùm ingressus fuisset Iesus Capernaum, adijt eum Centurio, rogans vt famulum paraliticum sanaret.

Socrus Petri curatur.

Quum autẽ appetisset vespera, adduxerunt illi dæmoniacos multos, & eiecit spiritus verbo, omnesque male habentes, sanauit.

Ioanni in carcere acta Christi nunciátur.

Et venit in domum (Capernai) & conuenit iterum turba, sic vt non liceret illis vel panes edere, & cùm audissent qui ad illum attinebant, exierunt, vt manus inijcerent in eum, dicebant enim in furorem versus est. Et Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant Beelzebub habet, & per principem, &c.

Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes, miserunt ad eum, qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicuntq́; ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te, &c.

Scenopegia hic assignamus, quòd parabolam de seminante videatur Christus apud Marcũ & Lucam sumpsisse ex re præsenti, Scenopegia enim circa nouam sementem celebrabantur.

4 *Et iterum cœpit docere iuxta mare, & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ingressus sederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat.*

Exijt seminator ad seminandum, &c.

Quum vidisset autem Iesus turbas multas, circum se iussit, vt abirent in vlteriorem ripam. Et cùm adisset,

Et ait illis in die illo cùm facta esset vespera. Transeamus in vlteriorem ripam, &

Ipsi autem repleti sunt amentia, et colloquebantur inter sese, quid nam facerent Iesu.

Factum est autem in illis diebus, exijt in montem ad orandum, eratque pernoctans in deprecatione Dei. Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos, et elegit 12. ex ipsis, quos et apostolos nominauit. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri turbaque discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa, &c.

Docet beatitudines, &c. et væ opposita.
Diligite inimicos vestros, &c.
Nolite iudicare, et non iudicabimini, &c.
Nunquid potest cæcus cæcum ducere? &c.
Quid vides festucam in oculo fratris, trabem autem, &c.
Vnaquæq; arbor ex fructu suo cognoscitur, &c.
Parabola super audiente & faciente sermones Domini.
7 *Cûm autem consummasset omnia verba sua audiente populo, intrauit Capernaum.*
Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, agebat animam, &c. Cùm audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret, & seruaret seruum suum, &c. Iesus autem ibat cum illis, & cùm iam non longe abesset à domo, misit ad eum centurio amicos, &c. Et reuersi qui missi fuerant in domum, inuenerunt seruum qui languerat sanum.
It in ciuitatem Naim cum discipulis & turba.
Ante portam filium viduæ resuscitat.
Discipuli Iohannis nuntiant Iohanni in carcere de omnibus quæ Christus egit, qui duos è suis ad Christum mittit, rogans: Tu es qui venturus es, an, &c. In eadem hora curauit multos à morbis, &c. Et dixit, euntes renunciate Iohanni, &c.
Edit cum Simone Pharisæo. Mulier peccatrix lauat pedes Iesu, capillos exterget, oleo vngit.

8 *Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates, & castella prædicans, & annuntians regnum Dei, & 12. cum illo, simulque mulieres aliquot, Maria Magdalenæ, & Ioanna, vxor Chusæ, procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.*

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c.
Sanatur ad probaticam piscinã decumbens, qui 38. annos morbo tenebatur.
Subducit se Iesus, quod turba esset in eo loco, postea sanatum à se in templo inuenit, &c.
Iudæi quærunt Iesum occidere,

Ireneus lib. 2. cap. 39. putat hoc festum Io. 5. esse pascha, sed nõ conuenit præcedentibus ac sequẽtibus. Posset festũ Quinquagesimæ dici, si immediate ante 6. cap. Lucæ hæc Ioannis Scribi conueniret, sed continua Christi circa mare Tyberiadis conuersatio à Marco 2. & 3. capite indicata, (vt ap-

Cùm autem plurima turba conueniret, & è singulis ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem,
Exijt qui sementem faciebat ad seminandum semen, &c.
Nemo cum lucernam accenderit, operit eam vase, &c.
Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba, & nuntiatum est illi dictumque: mater tua et fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens, &c.

Factum est autem quodam die, & ipse ascendit in nauim, & discipuli eius, & ait ad illos:
traijciamus in vlteriorem ripam stagni,

Mattheus.

vnus Scriba dicit ei: præceptor sequar te quocunque abieris, &c.
Alius de numero discipulorum suorum dixit ei, Domine permitte mihi prius vt sepeliam, &c.
Et quum esset ingressus nauim, sequuti sunt eum discipuli sui, & ecce motus magnus factus est in mari, &c.
Ipse vero dormiebat, Et accedentes discipuli excitauerunt illum, dicentes: Domine serua, &c.
Tunc excitatus increpauit ventos & mare, &c.
Et quum venisset ad vlteriorem ripam in regionem Gergesenorum, occurrunt ei duo dæmoniaci è monumentis egreßi, &c.

Dæmones vero egreßi abierunt in gregem porcorum, et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis, &c.
9 Et ingressus nauim, traiecit.

ac venit in ciuitatem suam (Capernaum.)
Et ecce adduxerunt illi paralyticum, in lecto decumbentem. Cumque vidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua, &c. Dicit paralytico, surge tolle tuum lectum, & abi in domum tuam.
Et præteriens illinc Iesus, vidit hominem desidentem, ad telonium Matthæum nomine, dicitque ei, sequere me, &c.
Et factum est vt Iesus accumberet in illius ædibus, &c.
Murmurant Scribæ & Pharisæi. Discipuli Iohannis rogant de ieiunio, &c.
Hæc cùm illis loqueretur, ecce primas quidam venit, & adorauit eum, dicens: Filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manum tuam super illam, ac viuet. Et surgens Iesus, sequutus est eum & discipuli illius.

Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat 12. annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti eius, &c. Et salua facta fuit mulier à tempore illo.

Et cùm venisset Iesus in ædes primatis, vidissetque tibicines, & turbam tumultuantem, dicit illis: Secedite, &c.
Cùm autem fuisset eiecta turba introgressus tetigit manum illius,
& surrexit adolescentula.

Et cùm discederet illinc Iesus, sequuti sunt illum duo cæci, &c. Tetigit oculos eorum, & aperti sunt.
Et circumibat Iesus ciuitates omnes, ac vicos docens in synagoga illorum, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorē in populo, &c.
Rogate dominum messis, &c.

10 Et accersitis 12. discipulis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eijcerent eos, & sanarent quemuis morbum, &c. Iubet eos proficisci, & annunciare regnum cælorum. Præscribit leges euangelizantibus peregrè.

11 Et factum est cùm finem fecisset Iesus, mandandi 12. discipulis suis, progressus est illinc, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum.
Ioannes autem cùm audisset in carcere facta Christi, missis 2. discipulis suis, dicit illi: Tu es ille qui venturus est, an alium expectamus?
Euntibus autem illis cæpit Iesus dicere turbis de Iohanne, &c.
12 In illo tempore ibat Iesus sabbatis per segetes,

Hoc tēpore videtur Io. Baptista decollatus esse, & propterea Christū hic eius mētionē facere.

Marcus.

Et oritur procella venti magna,
& erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, dicuntque illi: præceptor non est, &c.
Et excitatus increpauit ventum, &c.
5 Et venerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum, egressoque ei de naui, statim occurrit è monumentis homo spiritui obnoxius immundo, qui domicilium habebat in monumentis, &c.

Et egreßi spiritus immundi ingreßi sunt in porcos, & ferebatur grex perpræceps in mare, erant autem ferme bis mille, & suffocati sunt, &c.
Et cùm traiecisset Iesus naui rursus in vlteriorem ripam conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

Et ecce, venit quidam principum synagogæ nomine Iairus, procidit ad pedes Iesu, precatur filiā in extremis agenti manus imponi. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebat eum.

Et mulier quædam quæ fuerat obnoxia profluuio sanguinis annos 12. &c. venit in turba à tergo, & tetigit vestimentum eius, &c. & confestim siccatus est fons sanguinis eius, &c.
Adhuc eo loquente veniunt à principe synagogæ, qui dicerent, filia tua mortua est, &c.
Et non permisit vt quisquam se sequeretur (in domū) præter Petrum & Iacobum, & Iohannem. Et venit in domum principis synagogæ. Ipse vero eiectis omnibus assumit patrem & matrem puellæ, & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eo vbi puella erat iacens, et apprehensa manu, &c. Et confestim surrexit puella, & ambulabat.

6 Et egressus est Iesus illinc.

venitque in patriam suam, & sequuntur eum discipuli sui. Cumque adesset sabbatum, cæpit in synagoga docere, multique audientes obstupuerunt, dicentes: vnde, &c.
Et non poterat ibi virtutem vllam edere, nisi quòd paucos infirmos impositis manibus sanauit, &c.
Et accersit 12. cæpitque eos mittere binos, ac dabat illis potestatem aduersus spiritus immundos.

Dat præcepta peregrè euangelizantibus.

Et egreßi prædicabant vt resipiscerent, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos egros, & sanabant, &c.

parer) hoc non admittit. Hic porro cum Lucas 8. cap. dicat per ciuitates & castella profectum esse verisimile est, & Hierosolymam venisse, quamobrem cum messis iam aliquandiu praeterierit, Luc. 6. annotata, recte existimo hoc Ioannis loco scenopegiae festum intelligi, atq; hic illa Ioannis ponenda esse.

Cæterum nauigantibus illis obdormiuit, & ingruit procella venti in stagnum, &c. Accedentes autem suscitauerunt eũ, dicentes: Præceptor præceptor perimus.
At ille experrectus increpauit ventum.
Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ est contra Galileam. Et cùm de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam è ciuitate, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis, &c.

Exierunt dæmonia ab homine in intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est, &c.
Ipse autem conscensa naui reuersus est, & cùm rediret Iesus excepit illum turba, nam omnes expectabant eum.

Matthæus descripturus celebre illud conuiuium quod Christo fecit, quoque se deinceps Christo addixit ac mancipauit, eius occasione suam vocationem addit, & præmittit etiam insigne miraculum, quod immediate vocationem sui antecessit, volens certũ locum vocationis suæ inter opera Christi designare. Subiungit autem hoc miraculum reditui in Capernaum, quòd & vocatus fuerit Capernai primum, & miraculum hoc ibidẽ à Christo exhibitum sit.

Iairus princeps synagogæ accidit ad pedes Iesu, rogans vt intraret in domum suam, quoniam vnica filia erat ei annorum fere 12. & hæc moriebatur, Verum inter eundum turbæ coartabant illum.

Et mulier quædam obnoxia profluuio sanguinis ab annis 12. &c. tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius, &c.

Adhuc eo loquente venit quidam de domo principis synagogæ, dicens ei, mortua est filia tua, &c.

Et reuersus est spiritus puellæ, & surrexit continuo, &c.

9 *Conuocatis autem Iesus 12. dedit illis potestatem & autoritatem super omnia dæmonia, & vt morbos sanarent. Et misit illos vt prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos.*
Dat peregrinantibus euangelistis præcepta.

Quia Matthæus 11. cap. sermonem Christi ad populum de Ioanne Baptista post apostolorum emissionem factum descripturus erat, eadem opera legationem Ioannis è carcere ad Christum præmittit, quo vnius eiusdemq; rei historiam coniungat & continuet. Porro hac ratione ad priora tempora reuocatus, 12. cap. ea quæ Mar. 2. 3. & Luc. 6. scribunt repetit, quę nimirum Christus egit quo tempore fere miracula Christi Ioanni in carcere subinde nunciabantur. Deinde 13. cap. ea quæ Marci 4. Lucæ 8. sunt prosequitur, donec in præsens tempus & ordinem rerum cum reliquis redeat.

Egressi autem circumibant per castella euangelizantes & curantes vbique.

discipuli vero eius esuriebant, & cæperunt vellere spicas, &c.
Progreßus illinc venit in synagogam illorum, hominem aridam manum habentem curat. Porro Pharisæi egreßi ceperunt consilium aduersus eum, quomodo illum perderent. At Iesus vbi nouißet secesit illinc, sequutæque sunt illum turbæ multæ, & sanauit eos omnes, &c.
Adductus qui dæmonio agitabatur, cæcus ac mutus, & sanauit illum, &c. Pharisæi dicebant hic non eijcit dæmonia nisi præsidio Beelzebub, principis dæmoniorum, &c.
Scribæ & Pharisæi signum quærunt, &c.
Quum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius stabant foris, quærentes ei, loqui, &c.
13 *In die vero illo egressus Iesus è domo, sedit iuxta mare, & congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, adeo vt ipse nauim ingressus sederet, & vniuersa turba in littore stabat.*
Docet parabolam de seminante, & de inimico interseminante zizania.
Regnum cælorum simile grano sinapis. Iterum simile thesauro absconso in agro, &c. & negotiatori quærenti margaritas, &c. & verriculo iacto in mare, &c.
Et factum est, vt cùm finiuisset Iesus sermones hos, digrederetur illinc. Et cùm venisset in patriam suam, docuit in synagoga illorum, ita vt stuperent ac dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes, &c.
Et non ædidit illic virtutes multas propter incredulitatem illorum.

14 *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & dixit famulis suis: Hic est Ioannes baptista, is surrexit à mortuis. (vide hic historiam martyrij Ioannis.)*
Et accesserunt discipuli eius, & sustulerunt corpus, ac sepelierunt illud, abieruntque & renuntiarunt Iesu.

Id cùm audisset Iesus, secesit illinc in desertum locum seorsum. Et cùm audissent turbæ sequutæ sunt illum pedestri itinere relictis vrbibus.

Et egressus Iesus vidit multam turbam, & tactus est affectu misericordiæ erga illos, sanauitque ex illis qui male habebant.
Porro cùm appetisset vespera, adierunt eum discipuli ipsius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas vt abeant in vicos, & emant sibi cibaria.
At Iesus dixit illis, non est illis necesse vt abeant, date illis vos quod edant.

At illi dixerunt ei: Non habemus hic nisi 5. panes & 2. pisces.

Ille vero dixit, afferte mihi illos huc.
Et iussis turbis discumbere super gramina, sumptisq;, &c.
Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt quod superfuerat de fragmentis 12. cophinos plenos. Porro qui comederant fuere viri ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros. Et statim compulit Iesus discipulos suos vt conscenderent nauim, & procederent in ripam vlteriorem, donec dimisisset turbas.

Ac dimissis turbis ascendit in montem solus ad orandum.
Cùm autem aduenisset vespera, solus erat illic.
Cæterum nauis iam in medio mari erat, & affligebatur ab vndis, nam ventus erat aduersus.

Et audiuit Herodes rex, innotuerat enim nomen eius, dicebatque Ioannes ille qui baptizabat resurrexit à mortuis, &c. (vide hic historiam martyrij Ioannis.)

Et congregantur apostoli ad Iesum, ac renunciarunt ei omnia, & quæ egißent quæque docuißent, & ait illis, Venite vos soli seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui venirent, & abirent multi, ac ne cibum quidem capere vacabat.
Et abijt in desertum locum nauigio seorsum.
Et viderunt eos abeuntes turba, & agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos conueneruntq; ad illum.

Et egreßus vidit turbam, &c. tactus misericordia, &c.

Dicunt discipuli desertus est locus, & iam multum temporis effluxit, dimitte illos vt abeant in circumiacentes villas ac vicos, emantque sibi panes, &c.
Ait illis:
date illis vos quod edant. Et dixerunt ei:
Euntes emamus ducentis denarijs panes, &c. At ille dicit eis: Quot panes habetis? ite videte, & cũ cognouißent, dicunt. quinque & duos pisces.

Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, &c.
Et discubuerunt diuisi in viridaria centeni & quinquageni, &c. Et comederunt omnes & saturati sunt, & sustulerunt 12. cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui comederant circiter 5000. virorum.
Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim, vt præcederent transmisso mari Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam.

Et cùm dimisisset eos abijt in montem ad orandum.

Et cùm vespera aduenißet, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra.

Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quòd diceretur à quibusdam quòd Ioannes surrexisset à mortuis, &c.

Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerant.

Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum ciuitatis quæ vocatur Bethsaida. Quod cùm cognouissent turbæ sequutæ sunt illum,

& excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat.

Dies autem cæperat declinare, & accedentes 12. dixerunt illi: Dimitte turbas vt euntes in castella villasque vicinas diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos.
vos date illis quod edant.

At illi dixerunt, non sunt nobis plures quam 5. panes & 2. pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. Erant autem fere viri 5000.

Ait autem ad discipulos suos: facite illos discumbere,
in singulo quoque discubitu quinquagenos, &c.
Et comederunt & omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophini 12.

6 Post hæc abijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tiberiadis,
& sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa
quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt autem
in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Instabat autem pascha dies festus Iudæorum.
Cùm sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset quod multa turba veniret ad se. dicit ad Philippum. Vnde ememus panes, &c.

Dicit ei Andreas frater Simonis Petri: Est puer hic vnus qui habet 5. panes bordeaceos, & 2. pisces, sed hæc quid sunt inter tam multos? [illegible]c.

Dixit autem Iesus, facite vt homines discumbant. Erat autem gramen multum eo in loco,
discubuerunt ergo viri numero ferme 5000. &c.
Vt autem impleti sunt, dicit discipulis suis, colligite, &c.
Collegerunt ergo, & impleuerunt 12. cophinos fragmentorum ex 5. panibus bordeaceis quæ superfuerant, &c.
Illi ergo homines cùm vidissent quod Iesus fecerat signũ, dicebant: Hic est vere Propheta ille, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cùm cognouisset quòd venturi essent ac rapturi ipsum vt facerent ipsum regem, secessit iterum in montem ipse solus.
At vbi iam vespera esset, descenderunt discipuli eius ad mare, & conscensa naui venerunt
traiecto mari ad oppidum Capernaum.

Quarta autem noctis vigilia abijt ad illos Iesus ambulans super mare, & vbi vidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Spectrum est, ac præ metu exclamauerunt, &c.
Iesus iubet Petrum ad se per aquas venire, &c.
Et cùm essent ingreßi nauim conquieuit ventus.
Et cùm traiecissent venerunt in terram Genezareth, Et cùm cognouissent illum viri loci illius, emiserunt nuntios in totam vndiq; finitimam regionē illam, & obtulerunt illi omnes male habentes, & obsecrabant eum vt tantum tangerent fimbriam vestimenti eius, & quotquot tetigissent salui facti sunt.

15 Tunc accedunt ad Iesum qui ab Hierosolymis venerant Scribæ & Pharisæi. Quærunt cur discipuli Iesu edant illotis manibus.
Et digressus illinc Iesus secessit in partes Tyri ac Sidonis.

Filia Cananeæ à dæmonio liberatur.

Et progressus illinc Iesus venit iuxta mare Galileæ, & conscenso monte sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secum claudos, cæcos, surdos mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Iesu, & sanauit eos.
Iesus autem vocatis ad se discipulis suis dixit, misereor me turbæ, propterea quòd iam triduum perseuerant apud me, & non habent quod edant.
4000. viri præter mulieres & pueros satiantur 7. panibus & pisciculis paucis. Et sustulerunt quod supererat fragmentorum 7. sportulas plenas.
Et dimißis turbis conscendit nauim, venitq; in fines Magdala, &c.
16 Pharisæi & Saducei signum è cœlo rogant sibi ostendi, &c.

Cùm venisset autem Iesus in partes Cæsareæ eius quæ cognominatur Philippi, interrogauit discipulos suos: Quem me dicunt homines esse filium illum hominis, &c.
Tunc dixit discipulis suis, ne cui dicerent quòd ipse esset Christus. Ex eo tempore cæpit Iesus indicare discipulis suis, quòd oportet ipsum abire Hierosolyma, & multa pati, &c.
17 Et post 6. dies assumit Petrum, Iacobum, Ioannem, subducit illos in montem excelsum se[orsum], transformatusque est coram illis, &c.

Et cùm descenderent de monte præcepit illis Iesus, dicens: ne cui dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Et cùm venisset ad turbas,

accessit ad eum homo quidam flectens genua illi, dicensq;: Domine miserere filij mei, quoniam lunaticus est, &c.

Ac circa 4. vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare, & volebat præterire eos. At illi, vt videbant eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamarunt, &c.

Et ascendit ad illos in nauim, & conquieuit ventus. Et cùm traiecissent venerunt in terram Genezareth, & applicuerunt in portum. Cumque egreßi essent de naui continuo agnouerunt eum, ac percurrentes totam vndique regionem illam cæperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre, cùm audissent eum illic esse, & quocunque introisset in vicos aut in ciuitates, aut in villas, in plateas ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

7 Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis qui venerant Hierosolymis. Incusant discipulos Christi quòd illotis manibus edant.
Et inde surgens abijt in confinia Tyri ac Sidonis, & ingressus domum nemimem voluit scire.
Mulier Græca Syrophenissa rogat Iesum vt dæmonium eijciat è filia sua, &c.
Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis venit ad mare Galileæ per medios fines decapoleos, & adducunt ei surdum impeditæque linguæ, &c. Misit digitos in auriculas eius, & sputo emisso tetigit linguam eius, &c.
8 In diebus illis cùm turba admodum multa esset, nec haberent quòd manducarent, accersitis ad se Iesus discipulis, ait illis: misericordia tangor, &c.
4000. ferme satiantur 7. panibus & pisciculis paucis.
Et sustulerunt quæ superfuerant fragmentorum 7. sportas.
Et dimisit illos, & mox ingressus in nauim cum discipulis suis venit in partes Dalmanutha, &c.
Et egreßi sunt Pharisæi, cæperuntque disputare cum illo, quærentes ab eo signum è cœlo, &c.
Et venit Bethsaidam, & adducunt illi cæcum, &c. exspuit in oculos eius, imposuitque manus, deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & restitutus est.

Et egressus est Iesus ac discipuli illius in vicos Cæsareæ, quæ cognominatur Philippi, & in via interrogauit discipulos suos. Quem me dicunt homines esse? &c.

9 Ac post 6. dies aßumit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem, & subducit eos in montem excelsum seorsum solos, & transformatus fuit coram illis, &c.

Porro cum descenderent de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ viderant, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexißet, ac verbum hoc tenuerunt apud sese.

Et cum venißet ad discipulos suos, vidit turbam multam circum illos, & Scribas disputantes cum eis, &c.
Et respondens vnus è turba, dixit, &c.

Liberatur huius filius à spiritu muto, quem discipuli eijcere non poterant.

Iamq; tenebræ erant nec venerat ad eos Iesus, mare autem vento magno flante intumescebat.
Cùm remigassent ergo ferme stadia 25. aut 30. vident Iesum ambulantem super mare, & appropinquantem naui, ac timuerunt, &c.

Voluerunt ergo illum recipere in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibat.

Postero die turba quæ stabat trans mare, vt vidit quòd nauicula alia non esset ibi, nisi vna illa in quā ingressi fuerant discipuli eius, & quòd non introisset cum discipulis suis Iesus in nauiculam, sed soli discipuli eius abissent (aliæ vero superuenerunt nauiculæ à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem, postcaquam gratias egisset dominus.) Cùm ergo vidisset turba quòd Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt & ipsi in nauiculas, & venerunt Capernaum, quærentes Iesum, & cùm inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc venisti? &c. Docet de pane vitæ Capernai.

Pascha 3.

7 Versabatur Iesus post hæc in Galilea, non enim volebat in Iudæa versari, quia quærebant eum Iudæi interficere &c.

Ex eo quod Ioannes dicit Christum noluisse in Iudæa versari, sed in Galilea, cùm paulo ante Capernai fuisse notet, manifestum est ex Iudæa recenter venisse, proinde & Hierosolymis fuisse, & pascha celebrasse, qnod 6. capitis initio dixerat instare.

Et factum est cùm solus esset orans erant tum illo & discipuli, interrogauitque illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? &c.

Factum est autem post hæc verba fere diebus 8. & assumpsit Petrum, Ioannem & Iacobum, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est dum oraret species vultus eius alia, & vestitus eius candidus, &c.

Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.
Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte occurrit illis turba multa.
Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro, &c.
Liberatur filius illius à spiritu quem discipuli eijcere non poterant, &c. Stupebant autem omnes super magnificentia Dei.

Pascha 4. in hunc fere locum incidisse conijcimus, quòd Lucas dicat Iesum post transfigurationem profectum Hierosolymam, in quo itinere Matthæus & Marcus scribunt præmonuisse discipulos eorũ quæ ipsi Hierosolymis tandem festo paschæ euentura erant. Deinde quod mox Luc. 10. figurata locutio: Messis quidem multa, &c. è re præsente assumpta videatur, vt & alias aliquando Christus loquutus est. Præter has apparẽtes rationes alias tres causas damus quibus quartum hoc Pascha recipiendum ostendimus. Prima est quod inter pascha tertium & scenopegia Ioan. 7. plures & longiores profectiones Christi fuerunt quam quæ 6. mensibus (quot fere incidunt inter vtrumq; festũ) peragi possint. Ab Hierosolymis enim primum ad Capernaum haud dubie reuersus, inde in partes Tyri & Sidonis, hinc per medios fines decapoleos ad mare Galileæ, deinde Bethsaidam, consequenter in vicos Cæsareæ Philippi, & post dies sex in altum montem, vbi transfiguratur, inde Galileam peragrat, postea Capernaum venit, denique 70. discipulos pręmittit in omnem locũ quo ipse venturus erat, qui & ad ipsum ante scenopegia reuersi sunt. Et hæc itinera neq; recta neq; perfunctorie facta fuerunt, sed in omnem partem diuertendo, & docendo, sæpe etiã morando lentissime promota fuerunt, Christo suam vbiq; doctrinam repetente, confirmante, & Galileis populis valedicente. Secunda causa est parabolæ de ficu verus sensus Luc. 13. à nobis annotatus. Tertia est diei passionis domini historica & mathematica demonstratio fini huius Speculi subiuncta.

Marcus: *Et cùm esset ingressus domum, rogant discipuli cur ipsi non potuerint eijcere.*

Matthæus: *Cùm autem versaretur in Galilea, dixit discipulis suis Iesus: Futurum est vt filius hominis tradatur in manus hominum, & occident eum, ac tertio die resurget. Et merore affecti sunt vehementer.*

Marcus: *Et illinc digressi iter faciebant per Galileam, nec volebat vt quisquam sciret, docebat enim discipulos suos, & dicebat: Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertio die resurget, At illi ignorabant quod dixerat.*

Matthæus: ***Cùm autem venissent in oppidum Capernaum accesserunt qui didrachma solent accipere ad Petrum, &c.***

Marcus: ***Et venit Capernaũ, & cùm venisset in domum (in qua habitabat) interrogauit illos: Quid in itinere inter vos disputabatis? At illi siluerunt, nam inter se disputauerant inter viam quis esset maior, &c.***

Matthæus:

18 ***In illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis maximus est in regno cœlorum. Et accersitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorum, &c.***

Marcus: ***Et cùm consedisset, &c. arreptum puerum statuit in medio, &c.***

Respondit ei Ioannes, dicens: Præceptor vidimus quendam nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illum, &c.

* | *

Ex verbis Ioannis: Transi hinc, &c. satis apparet migrationem Christi è Galilea in Iudæam eo loco significari, Mox etiam 10. cap. dicit eum iterum abijsse trans Iordanem iuxta Bethabaram, atq; ibi mansisse, aperte innuens eum inde Hierosolymam venisse, quo testibus Matthæus & Marcus ex Galilea migrauerat. Et quòd hoc loco dicit meum tempus nondum impletum est, intelligit haud dubie de mansione & habitatione in Galilea. Accedit quòd Ioannes à festo Scenopegiorum deinceps reliquam Christi historiam circa Hierosolymã factam enarrat, nec vsq; ad resurrectionẽ alicuius profectionis aut rei in Galilea actæ meminit, nisi quod 11. cap. dicit Iesus, eamus iterum in Iudæam, quasi tum in Galilea fuisset, verum his verbis Ioannes conformiter admodum cum Luca cap. 17. insinuat circuitionem Christi ex Iudeæ finibus iuxta Bethabaram per Samariam & Galileam iterũ in Iudæam & Hierosolymã, extremum videlicet vale Christi, nusquã enim alibi ea circuitio à Ioanne insinuatur, & quæ post hæc Ioannis verba sequuntur, proxima sunt passioni Christi omnia, vt ad migrationẽ postremam in Iudęã à Luca descriptã

Matthæus:

19 ***Et factũ est cùm consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Galilea, & venit in fines Iudeæ trans Iordanem, sequutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes: Licet ne homini diuortium facere, &c.***

Marcus:

10 ***Et cùm surrexisset inde venit in fines Iudeæ, per regionem quæ est vltra Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum, & docebat eas.***

Interrogant Pharisæi: Licet ne viro vxorem repudiare?

Et in domo rursum eadem de re interrogant discipuli.

Pascha 4

Sed omnibus mirantibus super omnibus quæ faciebat dixit ad discipulos suos. Ponite vos in auribus vestris sermones istos.
Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum,
At illi ignorabant verbum istud, &c.
Intrauit autem cogitatio inter eos quis eorũ maior esset, Iesus apprehendit puerum, & statuit illum, &c.
Dixit Ioannes: Præceptor vidimus quendam sub nomine tuo eijcientẽ dæmonia, & prohibuimus eũ, &c.
Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam obfirmauerat, vt iret Hierosolyma, & misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et nõ receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierosolyma, &c. Et abierunt in aliud castellum.
Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, sequar te quocunque ieris, &c. Alteri ait sequere me, qui prius petit sepelire patrem suum, &c.
Alius paratus sequi, sed prius valedictis domesticis.

10 Post hæc autem dominus designauit alios 70. discipulos, quos binos præmisit in omnem locum quo ipse erat venturus.
Dicebat ergo illis: Messis quidem multa, sed operarij pauci, rogate ergo dominum messis vt, &c.

Messis vt è re præsente videt Christus innuere Luc, 10.

Reuersi sunt 70. cum gaudio dicentes: Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis per nomen tuum, &c.

Erat autem in propinquo dies festus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis, &c. Nam ne fratres quidẽ eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus: Vos ascendite ad diem festum hunc, ego nondum ascendo, quia meum tempus nondũ impletum est. Hæc cùm dixisset illis mansit in Galilea.
Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum non manifeste, sed velut in occulto.

Christus migrat è Galilea in Iudæam.

Legisperitus tentat, &c. Magister quid faciendo vitam, &c. Hunc Iesus docens de proximo, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Iericho, & incidit in latrones, &c.

Factum est autem dum irent vt ipse intraret in quoddam oppidulum, vbi Martha & Maria exceperunt eum in domum suam.

Scenopegia.

Iudæi ergo quærebant ipsum in festo, & dicebant vbi est ille? Cùm autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum, ac docebat, & mirabantur, &c. Et dixit Iesus: Mea doctrina non est mea, &c. Quid me quæritis interficere? Respondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? &c. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, nonne hic est quem quærunt interficere? Atqui ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Num, &c. Clamabat ergo Iesus in templo, dicens ac docens: Et me nostis, & vnde sim nostis, & à meipso non veni, &c. Quærebant ergo ipsum apprehendere, & nemo misit in illũ manus, quia nondum venerat hora eius, &c. In nouissimo autẽ die magno festi stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitiat veniat, &c. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo coniecit in eum manus.

referri, ea verba Ioan. 11. non possint. Quibus argumentis constat sub tempus scenopegiorum Christum migrasse è Galilea in Iudæam, vt quemadmodum Ioan. 2. 3. & 4. doctrinam suam in Iudæa inchoauerat, ita ibidem finiret, iuxta parabolam de ficu Luc. 13. & Mar. 11. & proinde hæc Ioannis iungenda esse cum ijs quæ è regione in Matthæo Marco & Luca sunt posita. Et quidem cùm Marcus dicit Iesum per regionem vltra Iordanem profectum, cumq; addit: Et conueniunt rursum turbæ: eleganter insinuat occultam illam Christi transitionem è Galilea in Iudæam à Ioanne notatam, qua nimirum factum est vt aliquandiu turbæ illum prosequi destiterint, donec quo euasisset innotesceret.

Parabola quam de homine inter Hierosolymam & Ierichoà latronibus vulnerato ponit Lucas cap. 10. sine dubio ex loco præsente assumpta est, Christo idem iter conficiente, nam mox hoc itinere notatur venisse Bethaniam ad Martham & Mariam.

In hac ficus parabola per vineam gens Iudaica haud dubie significatur, quemadmodum & Matt. 21. Mar. 11. Luc. 20. ipsi Pharisæi Christum de vinea loquentem intellexerunt, hactenus enim non erat alia à Deo plantata vinea, gentibus nondum vocatis. In qua vinea ficus quid potest aliud significare quam speciosam illam arborem Hierosolymam, quæ caput erat totius gentis, sub cuius vmbra latitare refocillari, & à diurni laboris atque æstus fatigatione subleuari oportebat illos qui in vinea laborarunt Prophetas? In hac ficu dicit Christus patrem dominum vineæ iam totum triennium fructum quæsiuisse, neque inuenisse, nimirum ex quo cæpit Iesus cultor eiusdem Hierosolymis vendentes & ementes è templo eijcere. Ioan. 2. & doctrinam suam ibi proponere. Orat autem Christus deum patrem, vt vnum adhuc annum patienter expectet, si forte culturam sentiat, & frugifera fiat. Quatuor igitur annos culturæ Hierosolymorum dandos iudicat hæc parabola à prima illius visitatione Ioan. 2. & paschate primo, vsquequo maledictione interitui & excidio mancipetur Mar. 11. & Matth. 21. vt ibi videbimus. Credibile autem est occasione ficus ambulanti oblatæ hanc parabolam à Christo propositam esse, atque hanc ficum eandem esse cum ilia cui Mar. 11. maledicitur, non enim illi extra tempus ferendarum ficuum iustè maledici videtur, nisi præcedens sterilitas, qualis hic in triennium adfertur, in causam referatur. Et versabatur quoque Christus hoc tempore circa Hierosolymam, quemadmodum ex Luca 10. cap. & Ioan. 8. & 9. patet, vt non inconuenienter sentiamus eum inter Bethaniam & Hierosolymam occasione sterilis ficus visæ de Hierosolyma iam ob oculos posita dixisse, ac vaticinatum esse, allegoria eo magis perspicua & efficaci, quòd ficus metonimiam res signata visui subiecta exponeret.

Ecce eijcio dæmonia, &c. Locum hunc Lucæ 13. D. Andreas Masius linguarum peritissimus, & vnicum literarum columen ita ex antiquissimo codice noui Testamenti Syriace scripto nobis ad verbum vertit & communicauit: Ecce eijcio ego dæmonia, & sanitates facio ego hodie & cras, & die tertio (siue perendie) perficior ego. Enimuero oportet vt hodie & cras operer, & die sequente abeam, quia fieri non potest, vt Propheta, &c.

Lucas cum 17. cap. Samariam Galileæ præponit, non obscurè nobis indicat Christum è terminis Iudeæ, vbi scilicet habitabat circa Bethabaram per Samariam in Galileam proficiscendo, circumeundo, & valedicendo Hierosolymam contendisse, adeòque migrationem è Galilea in Iudæam iam antea factam esse, quam & paulò ante finem 10. cap. factam notauimus, quòd quæ inde hucusq; Lucas scribit, Hierosolymæ aut circa eam, & in Iudæa facta esse textus ipse perspicue satis indicet.

11 *Et factum est cum oraret quodam in loco, vt cessauit, dixit quidam ex discipulis, Domine doce nos orare. Et ait, Cum oratis, dicite, Pater noster qui es in cœlis, &c.*

Dæmonium mutum eijcit, &c. Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebub principem dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes signum de cœlo quærebant ab eo, &c.

A Pharisæo inuitatus accubuit. Pharisæus autem cum vidisset, admiratus est quòd non prius lauisset ante prandium.

12 *Cum autem conuenisset innumera multitudo cœpit dicere discipulis suis, vt cauerent à fermento Pharisæorum.*

13 *Aderant autem quidam eodem in tempore annunciantes illi de Galileis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorum, &c.*

Dicebat autem & hanc similitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit: Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio, quærens fructum in ficu hac, & non inuenio, succide illam, ad quid vel terram occupat? At ille respondens dixit illi: Domine sine illam & hoc anno, donec fodero circum illam, & mittam stercus, & si quidem fecerit fructum, sin minus in posterum succides eam.

Docebat & in vna synagogarum sabbato, vbi mulier habens spiritũ infirmitatis annis 18. sanatur.

Regnum cœlorum simile grano sinapis, &c. Iterum simile fermento mixto satis farinæ tribus, &c.

Ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens Hierosolymam.

Ait ergo illi quidam: An pauci sunt qui salutem consequuntur? Ille vero dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, &c.

Et ecce sunt postremi qui erant primi, & sunt primi qui erant postremi, &c.

Eodem die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras & tertio die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare, quia fieri non potest, vt propheta pereat alibi quam Hierosolymis. Ierusalem Ierusalem, &c.

Dico autem vobis quòd non videbitis me donec venerit tempus, cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine domini, &c.

14 *Et accidit vt intraret in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato ad sumendum cibum, &c. Hydropicum sabbato curat, &c.*

Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, &c.

15 *Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, vt audirent illum, & murmurabant Pharisæi, &c. De oue perdita, & de filio prodigo parabola.*

16 *De dispensatore iniquo. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ab eo tempore regnum cœlorum annuntiatur, & quiuis in illud vim facit.*

17 *Et factum est dum iret Hierosolyma, & ipse transibat per mediam Samariam & Galileam, & cum ingrederetur quendam vicum, occur-*

8 *Iesus autem perrexit in montem oliuarum,*

& diluculo iterum venit in templum, cunctusque populus venit ad eũ, sedensque docebat eos. Adducitur adultera, &c. Hæc verba loquutus est Iesus in Gazophilacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

(sequitur post longã dissertationem)

Tollebant ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit, è templo.

9 *Et præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, & dixit, vade laua in piscina Siloe.*

(sabbato factum est hoc signum.)

10 *Facta sunt autem encenia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudæi, dicentes: Quousque, &c.*

Encenia siue dedicatio templi.

Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi vt lapidarent eum, &c.

Quærebant iterum eum apprehendere, et exiuit de manu eorum, & abijt iterum trans Iordanem in eum locum vbi fuerat Ioannes baptizans primum. (iuxta Bethabaram) mansitque illic.

Christus breui mo-

Matthæus.	*Marcus.*
Tunc oblati sunt illi pueri vt manus imponeret, &c.	*Et attulerunt ad illum pueros vt tangeret illos, &c.*
Adolescens accedens rogat: Quid boni faciã vt, &c.	*Et cùm exiret in viam accurrit quidam ac genua flexit illi, rogans: Præceptor quid faciam, &c.*
Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.	*Multi autem primi erunt postremi, & postremi erunt primi.*
20 *Nam simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo statim diluculo ad conducendos operarios in vineam suam, &c*	
Et ascendens Iesus Hierosolymam.	*Erant autem in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, erantq; pauefacti, & sequentes timebant.*
Assumpsit 12. discipulos suos solus in via, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, &c.	*Et assumptis rursum 12. cæpit illis dicere quæ sibi euentura essent: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis, &c.*
Filij Zebedei cum matre sua pro primatu contendunt.	*Primatum sollicitant Iacobus & Ioannes.*
	Et venit Iericho.
Et egredientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa, & ecce duo cæci sedentes iuxta viam, cùm audirent, quòd transiret, clamauerunt dicentes, &c.	*Cumq; egrederetur ab vrbe Iericho at discipuli illius, & turba copiosa, filius Timei Bartimaus cæcus sedebat iuxta viam mendicans, & cùm audisset, &c. ac protinus recepit visum, et sequebatur Iesum in via.*
21 *Et cùm appropinquassent Hierosolymis, & venissent Betphage ad montem Oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi.*	11 *Et cùm appropinquant Hierosolymis ad Betphage & Bethaniam, iuxta montem Oliuarum, emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Abite in Vicum qui contra vos est, & statim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatum supra quem nullus hominum sedit, soluite eum, & adducite, &c.*
Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum super illa collocauerunt, &c.	*Et adduxerunt illum ad Iesum, & iniecerunt illi vestimenta sua, seditq; super illum, &c.*

Duo cæci curantur, vnus ante ingressum, alter in egressu Iericho, hunc Marcus, illũ Lucas notat, vtrumq; simul breuitatis causa Matthæus. Similitudo historiæ in Marco & Luca non satis arguit vnum & eundem vtrobiq; signari, potuit enim Bartimæus Marci ab altero iam curato, interea dũ Iesus apud Zachæum heret, edoctus, similiter dominũ inuocare, &c. Et Matthæus cùm duos dicat, eadem plane, & eodem ordine de vtroq; narrat, quæ & quo ordine Marcus & Lucas singuli de singulis, vnde & de diuersis loqui Marcum & Lucam colligitur.

rerunt ei decem viri leprosi, &c.

18 *Parabola de semper orando & non deficiendo.*

Parabola de duobus orantibus in templo, &c.

Afferebant ad eũ infantes, vt tangeret eos, &c.

Sinite pueros venire ad me, &c.

Interrogat quidã princeps: Magister bone quid faciendum vt consequar vitam æternam, &c.

Accidit autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat iuxta viam, &c. Et confestim visum recepit, ac sequebatur illum.

19 *In Iericho apud Zacheum manet eo die.*

Parabola hominis genere clari 10. *minas* 10. *seruis dantis.*

Et his dictis ibat pergens ascendere Hierosolymam.

Et factum est cum appropinquasset ad Betphage & Bethaniam iuxta montem, qui vocatur Oliuarum, misit duos discipulos suos dicens: ite in castellũ quod è regione est, in quod intro euntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, in quo nemo vnquam hominum sedit, soluite illum & adducite, &c.

Et duxerunt illum ad Iesum, & iniectis vestimentis suis super pullũ imposuerunt Iesum, &c.

riturus extremum vale dicit per Samaria & Galileam.

11 *Aegrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethaniensis, frater Mariæ eius quæ vnxit dominum vnguento, & capillis suis pedes eius tersit. Hoc sorores eius nuntiant Iesu. Vt ergo audiuit quòd ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum: Dicunt ei discipuli: Rabbi modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, &c. Dixit ergo Thomas Dydimus ad discipulos; Eamus & nos vt moriamur cum eo, &c.*

Venit itaque Iesus, & inuenit eum 4. dies iam in monumento habentem, &c. Lazare veni foras, &c.

Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & viderant quæ fecisset Iesus crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecisset Iesus. Congregauerunt ergo pontifices & Pharisæi concilium, ac dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa edit, &c. Ab illo ergo die consultabant inuicem vt interficerent eum. Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudæos, sed abijt illinc in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephraim, & ibi versabatur cum discipulis suis. Instabat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam è regione ante pascha vt purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter se in templo stantes. Quid videtur vobis quòd non venerit ad diem festũ. Dederant autem pontifices & Pharisæi præceptum, vt si quis cognouisset vbi esset, indicaret, vt comprehenderent eum.

12 *Iesus ergo ante 6. dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat de numero discumbentium cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ preciosæ, &c. Iudas obmurmurat: Quare hoc vnguentum, &c.* Dies sabbati.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quòd illic esset, & venerunt non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum quoque viderent, quem suscitauerat à mortuis. Consultabant autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

Dominica vel prima sabbati.

Matthæus.

Et cùm intrasset Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant, Hic est Iesus ille Propheta à Nazareth Galileæ.

Et intrauit Iesus in templum Dei, & eijciebat vendentes & ementes in templo, mensasque nummulariorum, &c.

Cæci & claudi in templo sanantur, & pueri Christo, acclamant, Hosanna, &c.

2. sabbati. Et relictis illis exijt è ciuitate in Bethaniam, & diuersatus est illic. Mane autem reuertens in ciuitatem esurijt, & cùm vidisset fici arborem vnam in via venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum.

Christus maledicit vrbi Hierusalem. Et ait illi: Ne post hac ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficus.

3. Sabbati. Et eo viso discipuli mirati sunt dicentes: Quomodo continuo exaruit ficus.

Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, & seniores populi, dicentes: Qua autoritate hæc facis? &c.

Parabola de duobus filijs.
Parabola de plantata vinea.
Et cùm audissent principes sacerdotum ac Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de se diceret, & quærentes illi manus inijcere, timuerunt turbas, &c.

22 Parabola de rege faciente nuptias filio suo.
Tunc abeuntes Pharisæi consilium cæperunt, vt illaquearent eum in sermone, & ad illum emittunt discipulos suos cum Herodianis rogatum: Liceret ne censum dare Cæsari.
Saducæi interrogant de muliere & 7. viris eius mortuis, cuius illa erit in resurrectione?
Pharisæi interrogant quod sit mandatum magnum in lege, &c.
Illos vicissim Iesus rogat, quid ipsis de Christo videatur.

23 In cathedra Mosi sedent Scribæ & Pharisæi, omnia ergo, &c.

Ve multa in Scribas & Pharisæos. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: haud quaquam me videbitis post hac donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

24 Et egressus Iesus discedebat à templo. Discipuli ostendunt structuras templi.
Prophetia Christi de destructione Ierusalem, & extremis temporibus.

25 Parabola 10. virginũ. Parabola dantis talenta seruis suis, &c.
26 Et cùm consummasset Iesus sermones hos, dixit discipulis suis:
4. sabbati. Scitis quòd post biduum pascha fit, & filius hominis traditur vt crucifigatur.
Tunc congregati sunt principes sacerdotum & Scribæ, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium inierunt vt Iesum dolo caperent & occiderent. Dicebant autem, non in die festo, ne tumultus fiat in populo.
Cùm autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti pretiosi, &c. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ad quid perditio hæc, &c.

Tunc abijt vnus è 12. qui dicebatur Iudas Iscariotes ab

Marcus.

Et ingressus est Hierosolyma dominus.

& in templum.

Et cùm circumspexisset omnia iamque tempus esset vespertinum, egressus est Bethaniam cum 12. Et postero die cùm exissent Bethania esurijt,
cumque vidisset arborem fici procul habentem folia, veniebat si videlicet inuenturus esset aliquid in illa, & cũ venisset ad illam nihil inuenit nisi folia. Non enim erat tempus ficuum. Et respondens dixit Iesus fici,
Ne post hac ex te in æternum quisquam fructum edat.
Et audiebant discipuli eius, veniuntque Hierosolymam.
Et ingressus Iesus in templum, cæpit eijcere eos qui vendebant & emebant in templo, & mensas argentariorum, &c.
Et cùm vespera iam esset, egressus est Iesus è ciuitate, & mane prætereuntes viderunt ficum exaruisse radicitus, & recordatus Petrus dicit illi: Rabbi ecce ficus illa quã execratus es exaruit, &c.
Et venerunt rursum Hierosolyma, & cum ambularet in templo, veniunt ad illum principes sacerdotum & Scribæ & seniores, & dicunt illi: Qua autoritate hæc facis? &c.

12 Parabola de plantata & elocata vinea, &c.
Et quærebant eum comprehendere, & metuebant turbam. sciebant enim quod aduersus ipsos parabolam dixisset, & relicto illo abierunt.

Mittuntur alij è Pharisæis & Herodianis, qui interrogant num liceat censum dare Cæsari.
Saducæi quærunt quis è 7. viris vxorem retenturus sit in resurrectione.
Et cum accessisset quidam è Scribis, &c. Interrogat, quod est primum omnium præceptorum? &c.
Et Christus: quo modo dicunt Scribæ Christum esse filium Dei? &c.

Et dicebat illis in doctrina sua: Cauete à Scribis qui amant stolati obambulare, &c.

13 Et cum exiret è templo dicit illi quidam è discipulis: Præceptor vide quales lapides & quales substructiones, &c.
Prophetia Christi de destructione Ierusalem & extremis temporibus.

14 Erant autem pascha & azimorum dies futuri post biduum.

Et quærebant summi sacerdotes et Scribæ quo modo eum per dolum comprehensum occiderent.

Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis Leprosi accumbente eo venit mulier habens alabastrum vnguenti, &c. Erant autem quidam qui indignarentur apud sese ac dicerent: Ad quid perditio hæc, &c.
Et infremuerunt aduersus illam.

Et Iudas Iscariotes vnus è 12. abijt ad summos sacer-

Lucas.

Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illa, dicens: Si cognouisses & tu, &c. Venient in te dies, & circumdabunt te inimici tui, &c.

Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, &c.

20 *Et factum est in vno dierum illorum docente illo populum in templo, & euangelizante conuenerunt principes sacerdotum & Scribæ cum senioribus, & aiunt illi, dicentes: Dic nobis qua autoritate ista facis? &c.*

Parabola de plantata & elocata vinea, &c.
Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ iniicere in illum manus eadem hora, et timuerunt populum. Cognouerunt enim quòd in ipsos dixisset similitudinē hanc.

Et obseruantes emiserunt insidiatores, qui rogabant, liceret ne tributum dare Cæsari.
Saducæi interrogant quis è 7. maritis vxorem sit retenturus in resurrectione.

Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid? Et ipse Dauid dicit in lib. Psal. &c.

Audiente vero cuncto populo dixit discipulis suis: Cauete à Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas, &c.

21 *Respiciens eos qui mittebant munera in gazophilacium laudat pauperculam emittentem æra minuta 2.*
Et quibusdam dicentibus de templo quòd pulchris lapidibus ac donis ornatum esset, dixit: Ex his, &c.
Prophetia Christi de destructione Ierusalem & extremis temporibus.
22 *Instabat autem dies festus azimorū, qui dicitur Pascha.*

Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ, quomodo eum interficerent, timebant enim plebem.

Intrauit autē Satanas in Iudam, cui cognomē erat Iscariotes, qui erat è numero 12. abijtq; & loquutus est

Ioannes.

Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum cùm audissent quòd veniret Iesus Hierosolymam, acceperūt ramos palmarū, & processerunt obuiā ei, &c.
Erant autem quidam Græci ex his qui ascenderant vt adorarent in festo, accedunt Philippum, cupiunt Iesum videre, &c.
Pater illustra filiū tuū. Venit ergo vox de cœlo, &c.

Hæc loquutus est Iesus ac digressus abscōdit se ab eis, Cùm autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit sermoni nostro, & brachium domini, cui reuelatum est. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorum, ne oculis videant, & ne intelligant, &c. Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur ne è synagoga eijcerentur.

Arborem ficum quam Luc. 13. Christus stercorandam in spem fructus dixerat etiā quarto anno, nunc adimpleto expectationis determinato tempore execratur. Significat autē Hierosolymā vilipendentem tempus visitationis suæ, & promissum Messiam post sufficientem eius declarationem repudiantē reprobari, excidio & perpetuæ desolationi deuoueri. Etenim cū extra tempus ficuū esset, aliud erat cui ad ficus exēplar maledixit. Neque vero tā mane quā reuertebatur in vrbem corpore admodum esurijt, sed spiritu & ardētissimo voto desiderauit salutem populi sui præ cæteris omnib. nationibus electi, cuius cum spes nulla restaret consummato peccato & impleto iam tempore, determinatam contra Hierosolymam sententiam protulit in perpetuam eius desolationem.

	Matthæus.	Marcus.
	principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis, &c. Ex eo tempore quærebat oportunitatẽ vt eum traderet.	dotes, vt proderet eum illis, &c. Et quærebat quo modo oportune illum traderet.
5. Sabbati.	Cæterum primo die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi vis paremus, &c. At ille dixit, ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit tempus meum prope est apud te, facio Pascha, &c.	Ac primo die azimorum cum pascha immolarent dicunt illi discipuli sui: Vbi vis vt abeamus & paremus, &c. Et emittit duos è discipulis suis, & dixit illis: Ite in ciuitatem & occurret vobis homo hydriam aquæ baiulans, sequimini illum, &c.
6. Sabbati & pascha legale. Iudæis autẽ tum parasceue.	Vespere autem facto discumbebat cum 12.	Et cum vespera iam esset venit cum 12.
	Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis quòd vnus vestrum me proditurus est.	Et cum accumberent ederentque, dixit Iesus, Amen dico vobis, vnus ex vobis proditurus est me, qui mecum edit.
	Et mæsti redditi vehementer ceperunt singuli dicere: Num ego sum domine? &c. At ille respondens ait: Qui induxit mecum manum in catino hic me proditurus est. Vescentibus autem eis accepit Iesus panem, & cùm egisset gratias fregit, deditque discipulis, &c. Et accepto poculo gratijs actis dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, &c. Dico autem vobis: Non bibam post hac ex fructu vitis vsque in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.	At illi cæperunt esse mæsti, ac dicere illi singulatim, Num ego, &c. Ille vero respondens dixit illis: Vnus è 12. qui intingit mecum in catinum. Et edentibus illis sumpto Iesus pane cũ gratias egisset, fregit & dedit illis, &c. Et accepto poculo cum gratias egisset dedit illis, et biberunt ex eo omnes, &c. Amen dico vobis, post hac non bibam de fructu vitis vsque ad diem illum cum illud bibero nouum in regno Dei.
	Et cùm hymnum cecinissent exierunt in montem oliuarum, &c. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis, sedete hic donec vadam & orem illic. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedei, cæpit affici dolore & mæstitudine, &c. Et venit ad discipulos, & repperit eos dormientes, & dicit Petro, &c. Vigilate & orate vt ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, at caro infirma.	Et cum hymnum dixissent exierunt in montem oliuarum. Et venit in locum cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis: sedete hic donec digressus orauero. Et aßumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, cæpitque expauescere & angi, &c. Et venit & offendit eos dormientes, dicitque Petro, &c. Vigilate & orate ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, at caro infirma.
	Rursus altera vice abijt & orauit, dicens, &c. Et venit & repperit eos iterum dormientes. Et relictis illis iterum abijt & orauit tertio eundem sermonem. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, dormite iam & requiescite. Ecce appropinquat hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui me tradit. Adhuc eo loquente ecce Iudas vnus de numero 12. venit, & cum eo turba multa cum gladijs et fustibus mißi à principibus sacerdotum, &c. Et confestim accedens ad Iesum dixit. Aue Rabbi, & osculatus est eum.	Et rursus digreßus orabat, & eundem dixit sermonem. Et reuersus offendit illos rursum dormientes. Et venit tertio dicitque illis: Dormite post hac & requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce qui prodit me appropinquat. Et continuo adhuc eo sequente accedit Iudas qui erat vnus è 12. & cum illo turba multa cũ gladijs & fustibus à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus, &c. Et cum venißet protinus accedit ad illũ, dicitque ei: Rabbi, rabbi, & deosculatus est eum.
		Illi vero iniecerunt in illum manus suas, & comprehenderunt eum. Vnus autem quispiam astantium educto gladio, percußit seruum summi sacerdotis, & amputauit, &c. Dixit illis Iesus: Tanquam ad latronem existis, &c.

Lucas.

cum principibus sacerdotum, &c.
Et ille spopondit quærebatque oportunitatem vt traderet eum illis sine turba.
Venit autem dies azimorum in qua necesse erat immolari pascha. Et emisit Petrum ac Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha vt edamus. At illi dixerunt, vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo vas aquæ, &c.
Et cùm iam esset tempestiuum occubuit, & 12. cum eo, Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha, &c.
Dico enim vobis post hac non edam vltra ex eo donec compleatur in regno Dei. Et accepto poculo gratias egit ac dixit: Accipite hoc & diuidite inter vos. Dico enim vobis quòd non bibam de fructu vitis, donec regnũ Dei veniat.

Et accepto pane cùm gratias egisset, fregit ac dedit, &c.
Similiter & poculum postquam cœnauit dicens: hoc poculum nouum testamentum, &c.

Veruntamen ecce manus prodentis me mecum est in mensa, &c.

Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis qui hoc facturus esset.

Facta est autem contentio inter eos quis eorum videretur esse maior, &c.

Et egressus ibat vt erat solitus in montem Oliuarum, sequuti sunt autem illum & discipuli.
Et cum peruenisset ad locum dixit illis: orate, &c.

Et ipse auulsus est ab eis ferme ad iactum lapidis, positisq; genibus orabat, &c.
Et cum surrexisset à deprecatione, venissetque ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ mœstitudine, & ait illis: Quid dormitis? Surgite & orate ne intretis in tentationem.

Adhuc autem eo loquente ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus è 12. antecedebat eos,

& appropinquauit Iesu vt oscularetur eum,

Iesus autem dixit illi: Iuda osculo filium hominis prodis? &c.

Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram, &c.
Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus, &c.

Ioannes.

13 Ante festum autem Paschæ sciens Iesus quòd venisset hora ip-
sius vt transiret ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset
suos qui erant in mundo, vsque ad finem dilexit eos.

Pascha 5.

Et cœna facta, cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ vt proderet eum, sciens Iesus quòd omnia dedisset sibi Pater in manus, & quòd à Deo exisset, & ad Deum iret, surgit à cœna, & ponit vestimenta. Et cum accepisset linteum præcinxit se, deinde misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, &c.
Et vos mundi estis sed non omnes, sciebat enim quisnam esset qui proderet ipsum.
Postquam ergo lauisset pedes eorum receptisque vestibus suis accubuisset, iterum dixit eis. Scitis quid fecerim, &c.

Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & testificatus est dixitque: Amen amen dico vobis, quòd vnus ex vobis proditurus est me. Aspiciebant ergo, &c.

Discipulus recumbens in sinu Iesu rogat hortante Petro quisnam ille sit proditor.
Respondit Iesus, ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post offulam ingressus est in eum satanas. Dicit igitur ei Iesus: Quòd facis fac citius, &c. Cum ergo accepisset ille offulam exiuit continuo. Erat autem nox.
14. 15. Conciones variæ per 4. integra capita.
16. 17.

18 Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans
torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit ipse
& discipuli eius. Nouerat autem & Iudas, qui prodebat
eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum di-
scipulis suis.

Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus ac Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se processit, ac dixit:

Quem quæritis, &c. Dixi vobis quòd ego sum. Si ergo me quæritis sinite hos abire.

Simon ergo Petrus cum haberet gladium eduxit illum, & percussit pontificis seruum Malchum, & abscidit, &c.

Matthæus.

At illi comprehensum Iesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant.

Petrus Christum negat.

27 Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum vt eum morti traderent. Et vinctum eum abduxerunt,

& tradiderunt Pontio Pilato Præsidi.
Iudas pœnitentia ductus retulit 30. argenteos, &c.

Principes vero sacerdotum & seniores persuaserant turbis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent, &c.
At illi dixerunt Barrabam.
Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & cum exuissent eum circumdederunt ei chlamidem coccineam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextram eius, & genuflexo ante eum illudebant ei dicentes: Aue rex Iudæorum. Et cum expuissent in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Et postquam illusissent ei exuerunt eum chlamide, & induerunt eum vestimentis suis, & abduxerunt eum vt crucifigerent.
Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem, hunc adegerunt vt tolleret crucem eius.

Et venerunt in locum qui dicitur Golgatha, &c.
Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, vnus à dextris & alter à sinistris.
A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam.

Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens: Eli, Eli, &c. Iesus autem cum iterum clamasset voce magna emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est.

Cum autem vespera facta esset venit homo diues ab Arimathea, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus fuerat Iesu, hic accessit ad Pilatum, ac postulauit corpus Iesu.

Marcus.

Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, &c.

Petrus Christum negat.

15 Et confestim diluculo consilio inito summi sacerdotes cum senioribus & Scribis ac toto consessu vinctum Iesum adduxerunt,

tradideruntque Pilato.

Summi vero sacerdotes concitauerunt turbam, vt potius Barrabam dimitteret ipsis, &c.
Pilatus vero volens turbæ facere satis dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellatum, vt crucifigeretur.

Milites conuocata cohorte induunt illum purpura, & circumponunt illi contextam spinis coronam,

& cæperunt salutare illum:
Aue rex Iudæorum, & verberant illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabant illum.

Et cum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum vestibus proprijs, & educunt eum vt crucifigerent eum.
Et coegerunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenensem, qui veniebat ex agro, &c. vt tolleret crucem eius,

& ducunt eum in Golgatha. Erat autem hora 3. & crucifixerunt eum, &c. Et cum eo crucifixerũt duos latrones, vnum à dextris & alterum à sinistris eius. Cum vero facta esset hora 6. tenebræ ortæ sunt super totam terram vsque ad horam 9.

Et hora 9. clamauit Iesus voce magna: Eloi, Eloi, &c. Iesus autem emissa voce magna expirauit, & velum templi scissum est.

Et cum iam venisset vespera, quoniam erat parasceue quæ præcedit sabbatum, venit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathea, &c. Et sumpta audacia ingreßus est ad Pilatum, & petijt ab eo corpus Iesu, &c.

Lucas.

Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotum.

Petrus Christum negat.

Atque vt illuxit conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis, &c.

23 Et surgens vniuersa multitudo eorum duxit illud ad Pilatum.

Et vt cognouit Pilatus quòd ad Herodis ditionem pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus, &c.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis, cumq; illusisset indutum veste splendida, remisit ad Pilatū, &c.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus, ac plebe dixit ad illos, obtulistis mihi, &c.

Nihil dignum morte actum est ei, emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis in festo vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam, &c.

Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos volens dimittere Iesum. At illi clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum.

Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? &c. At illi instabant magnis vocibus, &c.

Et Pilatus adiudicauit vt fieret quod postulabāt illi, &c Iesum vero tradidit arbitrio illorum, &c.

Et cùm abducerent eum apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem è rure, & imposuerunt illi crucem vt portaret post Iesum.

Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria ibi crucifixerunt eum, & facinorosos, vnum à dextris, alterum à sinistris. Erat autem hora ferè 6. & tenebræ factæ sunt super terram vsque ad horam 9. et obscuratus est Sol, & velum templi scissum est medium.

Et cum clamasset voce magna Iesus, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

Et ecce vir nomine Ioseph decurio, &c. oriundus ab Arimathea ciuitate Iudæorum, &c. Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu.

Ioannes.

Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & abduxerunt ad Annam primùm.

[Iesus cōprehensus ad Annam ducitur.]

Et misit eum Annas vinctum ad Caiphā pontificem, &c.

[AdCaiphá.]

Petrus Christum negat.

Ducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt ederent pascha.

[Ad Pilatū.]

[Ad Herodem.]

[Ad Pilatū.]

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem? &c.

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? &c.

Prodijt iterum ad Iudæos Pilatus,
& dixit eis:
Ego nullam inuenio in eo causam. Vultis ne ergo dimittam vobis illum regem Iudæorum?

Clamant rursum omnes: Non hunc, sed Barrabam.

19 Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.

Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum, ac dicebant,
Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas.

Exiuit iterum Pilatus foras, &c. Ecce homo, &c.

Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes: Crucifige, crucifige, &c.

Et ingressus (Pilatus) prætorium iterum, & dicit ad Iesum. Vnde es tu, &c.

Et ex eo quærebat Pilatus absoluere eum.

Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc absolueris non es amicus Cæsaris, &c. Pilatus autem cùm audisset hunc sermonem produxit foras Iesum, seditq; pro tribunali, &c.

Erat autem parasceue Paschæ hora ferme 6. & dicit Iudæis: Ecce rex vester. Illi autem clamant: Tolle, tolle, crucifige eum, &c.

Tunc ergo tradidit eum illis vt crucifigeretur.

Acceperunt autem Iesum & abduxerunt, atque is baiulans crucem suam exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgatha, vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

[Ad mōtem Caluariæ.]

Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura ac tollerentur, &c.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis, &c.
vt tolleret corpus Iesu,

Tunc Pilatus iussit reddi corpus, Et cùm accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda,

posuitque in monumento suo nouo quod exciderat, &c.

28 Vespera autem sabbatorum quæ lucescit in vnam sabbatorum venit Maria Magdalene, & altera Maria, vt viderent sepulchrum, &c. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens deuoluit lapidem ab ostio, sedebatque super eum, &c.

Sabbatû & pascha Iudæorum.

Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos, scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis, non est hic, surrexit enim sicut dixit, venite videte locum vbi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quòd surrexit à mortuis, & ecce præcedit vos in Galileam vbi eum videbitis, ecce dixi vobis. Et digressæ celeriter à monumento cum timore & gaudio magno currebant vt nuntiarent discipulis eius.

Cùm autem issent ad renuntiandum discipulis eius ecce Iesus occurrit illis dicens: Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite renuntiate fratribus meis, vt eant in Galileam, & ibi me videbunt. Quæ cùm abissent ecce quidam è custodibus venerunt in ciuitatem ac renuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant, & congregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes: Dicite quod discipuli eius nocte venerint, & furati sint eum vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit, &c.

Et cognita morte Iesu ex centurione, donauit corpus ipsi Ioseph, & is mercatus sindonem, depositum eum inuoluit sindoni,

deposuitque in monumento, &c.

16 Et cùm præterisset sabbatum Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata vt venirent & vngerent eum. Et summo diluculo diei primi sabbatorum veniunt ad monumentum exorto sole, &c. Et cùm respexissent vident lapidem esse reuolutum, &c.

At ille (Angelus) dicit eis ne expauescatis, Iesum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus, surrexit non est hic, ecce locus vbi posuerant illum.
Sed abite dicite discipulis eius & Petro quòd ille præcedet vos in Galileam, illic eum videbitis sicut dixit vobis.

Et abeuntes cito fugerunt à monumento.
Cùm autem surrexisset Iesus mane primo die sabbati apparuit primum Mariæ Magdalene, de qua eiecerat 7. dæmonia.
Illa profecta nuntiauit his qui cum illo fuerant lugentibus ac flentibus.

Et illi cùm audissent quòd viueret ac visus esset ab illa, non crediderunt.

Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantibus apparuit in alia forma euntibus rus.

& depositum inuoluit sindone,

& posuit illud in monumento quod erat in lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.
Et erat parasceue, & sabbatum illucescebat.

Subsequutæ autem mulieres, &c. viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Reuersæ vero parauerunt aromata & vnguenta, ac sabbato quidem quieuerunt iuxta præceptum.

24 *Vno autem sabbatorum profundo diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum illis. Repererunt autem lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.*

Et factum est dum mente consternatæ essent de hoc, ecce duo viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus. Cum expauissent autem & declinarent vultum in terram dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hic sed surrexit. Recordamini, &c.

Et recordatæ verborum eius, & regressæ à monumento nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim & cæteris omnibus.

Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cætera quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et visa sunt apud illos ceu deliramentum verba illorum, neque crediderunt illis.
Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & & prospiciens vidit linteamina sola posita, & abijt apud semetipsum mirans quod acciderat.
Et ecce duo ex illis ibant eodẽ die in Castellũ quod aberat spacio stadiorũ 60. ab Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi, &c. Et factum est dum confabularentur ac disputarent, & ipse Iesus appropinquans ibat vna cũ illis. Cæterũ oculi eorũ, &c. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædã ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumentũ, et non inuento corpore eius venerunt dicen-

idque permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, &c. Acceperunt ergo corpus Iesu & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.
Erat autem in eo loco vbi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.

20 *Primo vero die sabbatorum Maria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebræ essent ad monumentum,* Maria Magdal. prima ad monumentum venit.

videtque lapidem sublatum à monumento.

Currit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alterum illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt Dominum è monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum, & cum se inclinasset vidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & videt linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus qui venerat prior ad monumentum, viditque & credidit, &c. Petrus & Ioannes ad monumentum.
Abierunt ergo rursum discipuli ad semetipsos.
Maria autem stabat ad monumentum foris plorans.
Dum ergo fleret inclinauit se in monumentum, & videt duos angelos amictos albis, sedentes, vnum ad caput & alterum ad pedes, illic vbi posuerant corpus Iesu. Dicunt illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Sustulerunt Dominum meum, nec scio vbi posuerunt eum, &c.

Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum, & videt Iesum stantem, nec sciebat quod Iesus esset, &c. Dicit ei Iesus, noli me tangere, &c. Sed vade ad fratres meos, & dic eis: ascendo ad patrem, &c. Christus apparet Mar. Magdal.

Venit Maria Magdalene annuntians discipulis quod vidisset dominum, & ea dixisset sibi.

Apparet euntibus Emaus.

Alterã siue secũda sabbatorum.

Et illi abierunt ac renuntiauerunt reliquis, nec his illi crediderunt.

Postea discumbentibus illis vndecim apparuit.

Et exprobrauit illis incredulitatem suam, & cordis duriciem, quòd his qui ipsum vidissent resurrexisse non credidissent.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galileam in montem vbi constituerat illis Iesus. Et cùm vidissent illum adorauerunt eum, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus loquutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptisantes eos, &c. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Et dicebat eis: Ite in mundum vniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ, &c.

Itaque Dominus quidem postquam loquutus fuisset eis receptus est in cœlum, & consedit à dextris Dei.

Illi vero egressi prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia.

tes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicerent eum viuere. Et abierunt quidā eorum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererunt sicut mulieres dixerant, ipsum vero non viderunt.

Et dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad, &c.
Et ipse euanuit à conspectu eorum, &c.
Et surgentes eadem hora regressi sunt Hierosolyma, & inuenerunt congregatos 11. & eos qui cum illis erant dicentes: Surrexit Dominus vere & apparuit Simoni. Et illi narrabant, &c.
Cum autem hæc loquuntur stetit Iesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis. Expauefacti vero & conterriti existimabant se spiritum videre, & dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me, &c. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus dixit eis: Habetis hic aliquid edulij, &c.

Tunc aperuit illorum mentem vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, &c. Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos. Vos autem sedete in ciuitate Ierusalem quoadusque induamini virtute ex alto.
Eduxit autem eos foras vsque in Bethaniam, & sublatis in altum manibus suis benedixit eis.
Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipsi adorato eo regressi sunt Hierosolymam cum gaudio magno. Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum, Amen.

Cùm ergo vespera esset die illo qui erat vnus sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus stetitque in medio, & dicit eis: Pax vobis.

App. apost. & discipulis.

Et cùm hæc dixisset ostendit eis manus ac latus suum, &c.

Hæc cùm dixisset flauit in eos, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum, &c. Thomas autem vnus ex 12. qui dicitur Dydimus, non erat cum eis, quando venit Iesus, dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum, Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius vestigium, &c.
Et post dies 8. iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio & dixit: Pax vobis, Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum, &c.

App. discipulis & Thomæ,

21 Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Dydimus, & Nathanael, qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedei, aliíque ex discipulis eius duo, dicit eis Simon Petrus: Vado piscatum, &c. Et illa nocte nihil ceperunt: mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quòd Iesus esset, dicit eis: Pueri num quid obsonij habetis, &c.

App. apost. & discip. ad mare Tiberiadis.

Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis cùm surrexisset à mortuis. Cùm ergo prandissent dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me? &c.

App. apost. & discip. in Galilea.

Christus in celũ ascendit.

Habes beneuole Lector speculum harmoniæ euangelicæ, quanta potuimus breuitate & perspicuitate digestum, in quo cum manifeste 5. paschata demonstrauerimus, non est quòd de completo quadriennio doctrinæ Christi à primo paschate Ioan.2. vsq; ad mortem eius continuatæ dubitemus. Iam enim & detractione temporis, quod clarissimo Bedæ testimonio inter passionem Christi & Indictionem 14. sui temporis effluxit, ac peregrinationum Christi temporaria distributione, relinquuntur à 15. anno Tiberij, & baptismo Christi vsq; ad eius mortem, præter menses aliquot anni 4. integri, vt sacris quoque iam testimonijs confirmetur quod in opere ostendimus: Annis Christi vulgò computatis vnum deesse, qui error in annis doctrinæ Christi tantum latebat, cæteris ante & retro recte ad veritatem se habentibus. Porro cùm vnus aut alter sit locus harmoniæ in quo plurimùm à nonnullis differimus, cogimur in nostræ dispositionis confirmationem eos locos indicare, ac diuersitatem aliorum refellere. Vnus asterisco à nobis notatus est Mar.1. & Luc.4. vbi ante ingressum Capernai à quibusdam inseruntur capita Matt. 5.6.7. & 8. vsq; ad ingressum Capernai, quem cum ingressu Marc.1. & Luc.4. coniungunt, alium asserentes leprosum qui est Matth. 8. ab illo qui est Mar.1. & Luc. 5. alium item centurionem Matt.8. ab eo qui est Luc.7. Quæ si quis recipiat, atq; ita ordine disponat, videbit inter 2. Pascha Ioan.4. signatum & Messem Mar.2. et Luc.6. notatam, spacio inquam duorum ac dimidij mensium circiter comprehendi duas distinctas circuitiones totius Galileæ, priorem Matth.4. quam ex assiduo docendi studio, ex sollicita omnium languentium curatione, & ex fama vndiq; è vicinis dissitisq; regionibus hominum turbas contrahente, facile est intelligere non obiter & perfunctorie factam esse. Posteriorem Mar.1. & Luc.4. quam similiter non leuiter factam arguit Christi vbiq; euangelizandi studium à Marco & Luca diligenter inculcatum. Iam vero possintne tam longæ ac lentæ profectiones tam exiguo temporis spacio fieri, videat qui sic disponit, certe vt hoc impossibile est, ita etiam minime conueniebat illam Matthæi Galileæ peragrationem ab hac Marci & Lucæ distinguere, hoc etiam accedente argumento, quòd diligenter pensanti verba Christi Mar.1. & Luc.4. non obscure apparet primam ibi Galileæ per ambulationem significari. Neq; vero satisfaciunt rationes quibus leprosum Matthæi ab illo Marci & Lucæ, ac centurionem Matthæi ab illo Luc.7. distinguere conantur. Est & alter locus asterisco notatus ante 19. Matt. & 10. Marci, quo loco Carolus Molineus aliquot Lucæ capita ab initio 10. vsq; ad allationem infantum cap.18. deinde & Ioannis quoq; à 7. capitis loco, qui sic incipit: Erat autem in propinquo dies festus, &c. vsq; ad finem 10. capitis interserit, tum deinceps initia 19. Matt. & 10. Marci subiungens, quo stante ordine necesse est Christum post designatos 70. discipulos & ante migrationem è Galilea in Iudæam Matt.19. et Mar.10. scriptam, quinquies Hierosolymam profectum esse. Primum Luc.10. vbi à Marta & Maria hospitio excipitur, secundo Luc.13. per ciuitates & castella etiam, longo videlicet itinere obambulando, tertio Luc.17. per mediam Samariam & Galilæam, quarto Ioan.7. ad festum scenopegiorum, quinto denique Ioan.10. ad encenia. Verum tot Christo profectiones eo quo breui commigraturus erat, easq; longinquas, tribuere absurdum videtur, cum alioqui non nisi ad celebria festa fere eo soleat ascendere. Et continuatio capitum Matt.19. & Mar.10. cum præcedentibus narrationibus non videtur vllam interruptionem admittere, tum quoq; quæ Lucas his capitibus scribit, quæq; Ioannes, circa Hierosolymam & in Iudæa fere acta sunt, quemadmodum Lucæ 17. capite annotauimus, & è regione 10. Marci, vt post migrationem in Iudæam acta, non autem ante plane conspiciantur. Sunt & aliæ aliquot nobis cum quibusdam differentiæ, sed minores & quæ vel ex annotationibus marginalibus consequentiam habent comprobatam, vel ex temporum ratione, & profectionum Christi ordine ita se habere conspiciuntur. Ex his duobus enim certissima pendet euangelicæ historiæ conciliatio, ex temporis inquam, & peregrinationis successibus, accedit & rerum gestarum paritas, sed hæc nonnunquam fallit, nam res gestæ ad similia quandoq; exempla, aut affines historias, aut alia quauis compendij ratione extra temporis sui locum & ordinem transferuntur. Dogmatum æqualitas minus adhuc certitudinis adfert, pronius enim ad similia transponuntur, & potuit quoq; Christus idem dogma sæpius proponere. Atqui vt finem huius faciamus, nos in hac parte præstitimus quod penes nos fuit, minima curiose prosequuti non sumus. Si quid rectius inuenerit alter, & nostra qua Christianum decet humanitate & modestia castigauerit, non modo æquanimiter patiemur, sed laudabimus quoque & gratiam habebimus, potior enim nobis est aliunde allata rerum veritas quam propriarum inuentionum defensatio. Collationes euangelistarum circino fient hoc modo. Vnus pes circini inseretur loco reliquis conferendo, alter in superiorem vel inferiorem iacentem lineam extendetur, ex eadem iacente linea eadem circini translati extensio versum ostendet in altero quolibet euangelista, cui assumptus locus re vel tempore saltem æquetur, sin vero versum nullum attingat circinus, sed interstitium, ordinem illi inter narrationes alterius euangelistæ definiet.

DE

DE TEMPORE PASSIONIS DOMINI CAPVT TERTIVM.

POstquam per eclipses Romanorum consules Imperatorumq́ primorum tempora recte à nobis posita esse primo capite demonstratum est, iustam quoq; baptismum Christi positionem assequutum esse, & accedente quadriennio doctrinæ Christi secundo capite comprobato passionem Christi suo loco repositam esse dubitari non poterat, confirmante id quoque certo interuallo à Valentiniani Imperatoris Indictionumq́ initio demonstrato retrorsum ad passionem Christi, vt secundo capite ostendimus. Cæterum pluribus in passionem Christi ex firmis receptisq́ testimonijs concurrentibus, verum eius tempus attigisse non videbimur, nisi vno inter se consensu ea conueniant omnia, proinde quænam illa sint primum, deinde vt tempori à nobis signato consentiant ostendemus. Citat Eusebius in Chronico suo Phegonem Trallianum Adriani Imp. libertum, egregium Olympiadũ supputatorem in 14. suo libro ita dicentem: Quarto autem anno 202. Olympiadis magna & excellens inter omnes quæ ante eam acciderant defectio Solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus est vt stellæ in cœlo visæ sint, terræq́ motus in Bithynia Nicenæ vrbis multas ædes subuertit. Eadẽ Phegonis citat Marianus Scotus ex Flacco. Similiter Dionysius Areopagita in epistola ad Polycarpum Smyrneorum episcopum, & item 11. epistola ad Apollophanem ait se cum Apollophane Heliopoli Aegypti feria quadam sexta, & hora pene sexta Solem, Luna contra naturalem motum ab Orientali parte subingressa, horribilibus subito tenebris obductum vidisse, ac postea Lunam rursum in Orientem & Solis oppositum resilientem obseruasse. Conueniunt autẽ hæc à Phegone & Dionysio dicta eleganter cum ijs quæ in passione Saluatoris acciderunt, factæ sunt enim tenebræ moriente Christo super vniuersam terrã ab hora 6. vsq; ad 9. hoc est à meridie vsq; ad tertiam pomeridianã, vt est Mat. 27. Mar. 15. & Luc. 13. idq́ tempore oppositionis Solis & Lunæ, vt amplius videbimus. Et Lucianus Antiochenus Martyr (quem citat Onuph. in fast. comment. pag. 909. a.) cum iudicibus quorũ tribunalibus astabat diceret: Perquirite in annalibus vestris, & inuenietis temporibus Pilati Christo patiente, fugato Sole interruptum tenebris diem: de eadem proculdubio Solis obscuratione attestatur. Habemus ex his testimonijs annum & horam mortis Christi determinata, nec non & Lunam Soli oppositam, de quo mox plura testimonia audiemus, et feriam præterea sextam, qua omnis antiquitas vniuersaq́ ecclesia confitetur Christum crucifixum fuisse, cui etiã consentit Dominicæ resurrectioni celebrãdæ sola dominica dies ab Irenæo ad Victorem Romanũ scribente adiudicata & approbata, quod eo die Dominus resurrexerit isq; tertius à morte eius fuerit. Deinde quia Ioannes cap. 18. dicit Iudæos nõ introijsse in prætorium ne contaminarentur, sed vt ederent Pascha, manifestũ est Christum in parasceue Iudæorum crucifixũ fuisse, quamobrẽ & mense Nisan, & die eius 14. Decimaquarta enim eius die ad vesperã paschalis agnus edendus, & 15. die solennitas azimorũ celebranda præcipitur. Exod. 12. v. 6. 18. & Leuit. 23. v. 5. & Num. 9. v. 2. 3. Quam legẽ tamen scribunt Hebræi à Rabbi Eleazaro in secunda templi constructione quibusdã de causis ita restrictam fuisse, vt nunq́ debeat pascha feria 2. 4. aut 6. celebrari, sed in huiusmodi euentu aliquo in proximũ diem transferri, vt refert Munsterus in Calendario Heb. pag. 128. & Paul. Forosl. lib. 3. de die passionis Domini. Porro menses suos Hebræi à nouilunio inchoant, sic enim 1. Esd. 10. v. 16. primus dicitur mensis decimi dies qui 3. Esd. 9. v. 16. nouiluniũ mensis decimi dicitur. Et 1. Esd. 10. v. 17. dicitur primus dies primi mẽsis, qui 3. Esd. 9. v. 17. dicitur neomenia primi mensis. Et qui dies 2. Esd. 8. v. 2. appellatur primus mensis septimi, idem 3. Esd. 9. v. 40. est nouiluniũ mensis septimi. Item 2. Paral. 2. v. 4. repetit Salomon eodẽ ordine sacrificia legis, quo Num. 28. v. 11. calendæ & capita mensium appellantur, reliqua sacrificia vno solennitatis nomine cõplectitur. Eodẽ ordine quoq; recitantur ab Esdra lib. 3. cap. 5. v. 52. & loco calendarũ ponuntur neomenia. Similiter & Iudith cap. 8. v. 6. Hoc mensium principij respectu 3. Esd. 1. v. 1. dicitur Iosias Phase Luna decimaquarta primi mensis immolasse, & rursum 3. Esd. 7. v. 10. scribunt filij Israhel Luna decimaquarta mensis primi phase egisse, quia nimirũ decimusquartus dies, etiam decimaquarta Luna vocatur. Iosephus quoq; Ant. lib. 3. cap. 13. scribit sacrificiũ paschæ quartadecima Luna, solo opposito in ariete fieri sancitũ fuisse. Quæ ratio celebrandi paschatis postea apud Christianos multo tempore vsitata fuit, vt videre licet apud Eusebium Eccl. hist. lib. 5. cap. 24. & 25. vbi Polycrates Ephesiorum episcopus nomine episcoporũ Asiæ ad Victorem Romanum scribens, Ioannem et Philippũ apostolos, Polycarpum, Thraseã, Sagarem, Papyriũ & Melitum episcopos per Asiam decimaquarta Luna pascha celebrasse ait, eamq́ traditionem ad sua vsq; tempora continuatã fuisse, vt dubiũ non sit tempore passionis Christi Hebræos in paschatis immolatione Lunæ decimequartæ rationem habuisse. Neq; vero neomenia ad primũ Lunæ conspectũ eos constituisse, sed ad medias Solis & Lunæ coniunctiones respexisse constat per ea quæ Paul. Forosemproniensis lib. de die passionis dominicæ 8. cap. 2. ex Gamaliele Pauli apostoli pædagogo de cyclo lunari & menstruo motu adducit, & si pascha Luna decimaquinta & Soli opposita celebrandum erat, non à conspecta Luna, sed primũ nata mensis inchoandus erat. Neq; rursum ad mediam luminariũ coniunctionem tantũ respexisse, atq; inde pascha deduxisse credibile est, quod cùm per Moysen Deus paschatis legem ferret, subtilis illa & perplexa mediorũ motuum ratio nondum inuenta fuerit, vt multis argumentis doceri posset, sed circa Salmanassaris demum tempora in huiusmodi inuestigari ceptum esse apparet, qui vt maximè inuenti fuissent, non tamen est verisimile Deum ad tam exquisitam supputationem earum coniunctionum, quas humana ratio excogitauit, & adinuenit ecclesiam suam

suam astringere voluisse, cùm nec veritati semper vt videbimus respondeat, sed hoc voluit vnicè, vt ad egressionis ex Aegypto similitudinem 14. die mensis, cùm Luna totam noctem illustrat, victimam transitus Domini celebrantes memoriam summi beneficij in Aegypto præstiti Israhelitæ recolerent, simulq; alterius & maioris liberationis, cuius illa typus erat, per Christum præstandæ mysteria peragerent. Itaq; ad Lunam plenam potius quam ad nouilunia lex paschatis respicit, qua tantum beneficium populo Dei exhibitum fuit, quaq; etiam Christus moriturus erat, vt se illius agni paschalis typici exemplar & complementum esse, vel digito monstraret. Hanc igitur in diem paschæ lex requirere omnino videtur, neq; media oppositione contenta esse, & Iosephi verba paulo ante allegata non nisi de vera oppositione loqui videntur. Quamobrem vt sacræ scripturæ satisfaciamus, nec quicquam sit quod legi dissonum in hac conscriptione reperiri, et scrupulum facere posit, non mediam tantum oppositionem indagare debemus, sed verum plenilunium in secundum Aprilis diem demonstrare. Collegimus igitur tempus passionis Christi fuisse annum 4. Olympiadis 202. mensem Nisan, diem Veneris, Luna soli opposita, quam oppositionem secundo Aprilis, & Veneris die factam fuisse demonstrabimus, vnde constabit Christum iuxta legem rectè Luna decimaquarta, die Iouis ad vesperam, qua decimusquartus item dies Nisan terminari iuxta legem debebat, initio inquam diei Veneris & decimiquinti Nisan, agnum paschalem cum discipulis edisse, & sequente luce eodem inquam die Veneris eodemq; 15. Nisan, Luna in oppositione Solis existente, se verum agnum paschalem Deo patri pro totius mundi peccatis obtulisse, Iudæos autē iuxta constitutiones humanas diē decimumquartum Nisan in Veneris diem transtulisse, & pascha in sabbatum, magno diuinæ præordinationis mysterio, vt nimirum parasceuen suam occidendo vero agno nostro die per legem præconstituto impenderent, sic enim verum pascha, verus à tenebris ad lucem, à lege ad gratiam transitus, & primus azimorum dies in ipso plenilunio, quo decimusquintus dies Nisan agi debebat, iuxta legis mandatum celebratus est.

Inuentis iam ijs quæ in passione Domini concurrere debent, deinceps videndum est, num eadem in locum passionis à nobis signatum coincidant, vnicam autem luminarium oppositionem ab æquinoctio verno primam si in Veneris diem incidere probauerimus, de reliquis non erit quod laboremus, mensem enim hæc probatio secum adferet, annum vero 4. Olympiadis 202. passioni Christi à nobis positæ conincidere ipse lector vides, hoc tantum obserua eum annum non Romano sed Græco more accipiendum esse, vt qui à Græco scriptore olympica non Romana tempora tractante annotatus est, Romana enim supputatione primus Olympiadis 203. diceretur. Quod ad plenilunium dominicæ passionis attinet, non aliunde conuenientius propiusq; ad veritatem illud deducemus quam ex proxima obseruatione aliqua, quæ accuratè facta extat, qualis est illa Agrippæ anno à Nabonassaro 840. quam Ptol. lib. 7. cap. 3. describit, post cuius obseruationis tempus diebus 2. horis 23. 22. mediam oppositionem factam esse, eamq; in primum Decembris diem completum, & horas 18. 1. incidisse, paulo post cùm ad eclipses venerimus ostendemus. Ab hac itaq; media oppositione si in anteriora syzygias sumamus 738. fient anni Aegyptij 59. dies 258. horæ 13. 55. à quibus si auferantur dies intercalares 15. qui hoc interstitio inueniuntur, fient anni Romani 59. dies 243. horæ 13. 55. quod tempus etiam ad conspectum quamproxime respondet interuallo in opere admisso. Hoc ergo tempore ab oppositione illa anni 840. subducto inuenietur media oppositio tempore passionis Christi signato Aprilis die 2. completo, & horis 4. 6. nondum quidem prout lex paschatis intelligenda videtur iusto loco, sed tum demum ad eum reducēda, cùm quis in menstruo motu hactenus latuerit error disquisiuerimus, quantum autem absit à iusto loco nunc videbimus. Constitutio veterum Hebræorum habet, quod ille dies prima Luna nominandus sit, ante cuius meridiem vel vno momento nouilunium contingit, quod si post meridiem fiat appellationem eam in sequentem diem cadere. Cùm ergo extremum tempus quod primam Lunam efficit sit meridies, numeremus à meridie 19. diei Aprilis (quem nos primam Lunam tempore passionis Christi dicimus) dimidiatum interlunium videlicet dies 14. horas 18. 22. habebimus diem 2. Aprilis completum & horas 6. 22. Si nunc illa constitutio de media coniunctione intelligi potest, erit eadem hora 6. 23. secundi Aprilis proximus terminus ad quem pertingere debebit calculus ab Agrippæ oppositione media sursum deductus, atqui hunc terminum superat ille horis 2. 16. sic ergo demonstratum esset secundum Aprilis rectè Lunam decimamquintam dici, nec deficeret calculus. At si veros congressus respiciamus, & inæqualitates motus Solis & Lunæ tam in oppositione quam in nouilunio paschali conferamus, inueniemus dimidiatum interlunium verum medio maius esse horis circiter 3. sic vt noua Luna ad meridiem secundi Aprilis data, excurrat plenilunium ad summum in Aprilis secundum diem completum & horas 9. 22. quo tempore motus inæqualitatis Lunæ reperitur graduum 24. 5. & medius motus maior vero gr. 1. 53. Solis item medius locus gr. 8. 0. ♈. & medius minor vero gr. 2. ita vt oppositio media inueniatur veram præcedere horis 7. 39. quas si auferamus ab inuento veræ oppositionis datæ termino, fiet tempus mediæ oppositionis 2. dies Aprilis completus cum hor. 1. 43. Hic secundus terminus erit ad quem peruenire debebit calculus primum factus, qui ab illo deficit horis 2. 23. Porro si vtrolibet dictorum modorum Lunam primam inchoemus, fiet vera oppositio & plenilunium postridie paschæ, hoc est decimasexta Luna, quod num Lex à Deo per Moysen lata aliquo modo patiatur ignoro, postquàm ea vt diximus ad plenilunium spectare videatur. Si ergo vt credimus ipsum plenilunium in diem paschæ incidere debebat, (is autem iuxta Dei legem quam Christus impleuit terminabatur cum sexta hora pomeridiana secundo Aprilis die) erit hic idem diei terminus extremus

mus locus qui plenilunio dari poterit, ad hoc vt Pascha secundum legem in secundum Aprilis diem incidat, in eodem autem termino inæqualitates Solis & Lunæ collatæ efficiunt mediam oppositionem priorem vera horis 6. 24. quibus ab horis 18. sublatis manebit primus dies Aprilis completus & horæ 11. 36. qui erit terminus tertius & longissimus, quem calculo apprehendi debere credimus. Ab eo differt supputatio ex Agrippæ oppositione facta horis 16. 30. quo illum perducere tentabimus, ne quid dubitari possit plenilunium recte iuxta omnem legis interpretationem in secundum Aprilis diem incidere, in quo sane multum olei & operæ impendimus antequam idonea via se panderet, tandem autem gratia & auxilio Christi apud Bedam obseruauimus cyclos decemnouales Dionysij Romani in consequentia ad annum Domini 566. & Bedæ in anteriora eodem excurrentes quatriduo inter se differre, rursus Bedæ cyclum in annum Christi 1082. extensum biduo, vt ibi adscripsimus, errare, vnde astronomicum calculum à Ptolomeo alijsq́ præscriptum à vero aberrare suspicio fuit, quòd ad eius rationem cyclos ordinatos constaret, neq; vero fefellit nos suspicio, cum enim studiose eclipses omnes, primum quæ in opere Ptolomei extant, deinde quæ apud historicos sunt collegissem, & menstruo tempore dierum 29. horarum 12. 44. 3. 32. tanquam vna & communi omnium mensura, interstitium à singulis eclipsibus ad singulas proximas dimensus essem, inueni hunc Ptolomæi calculum per interualla veritati conuenire, alias autē nunc deficere nunc abundare, vt dubium non sit aliam quandam & maiorem esse Lunæ inæqualitatem siue simplicem siue compositam, quam quæ epicyclo à Ptolomæo inuento restitui & æquari posit. Quæ inæqualitas ideo Mathematicos hactenus latuit, quod cùm ex longo eclipsium interuallo temporis & circuitionum collatione motuum mensuras adinuenissent, non cogitarint intermedias eclipsium distantias ad eandem mensuram exigere, & num vbiq; conueniat experiri, persuasi quæ ad sua breuis vitæ tempora quadraret motus quantitas, eandem per omnia approbatam habendam esse, quanquam ne hanc quidem ab omni absolutè errore, qui iusto annorum curriculo in notabilem deuiationem euadere posit, imbecille sensus iudicium vindicare valet.

Ad probandum igitur instabilem inæqualitatem illam menstrui motus ab Astronomis non animaduersam, eclipses coniunctiones oppositionesq́ iuxta temporis consequentiam ex ordine ponemus, & à qualibet in proximam sequentem verum temporis interstitium colligemus. Verum autem interstitium vocamus quod veras oppositiones coniunctionesq́ interiacet. Vero interstitio posito, si eclipses à doctis viris obseruatæ sunt, & tempus exacte determinatum habent, proxima cura erit in qualibet eclipsi eiusq; oppositione aut coniunctione vera motum inæqualitatis Lunæ, hoc est distantiam eius ab apogeo epicycli iuxta Ptolomæi calculum addere, vt linea medij motus Lunæ inuenta, eaq́ cum linea medij motus Solis collata, patefiat quanto tempore media oppositio mediaue coniunctio veram antecesserit aut sequatur, ac sic inter quaslibet coniunctas eclipses medium interstitium innotescat. Medium autem interstitium vocamus quod medias coniunctiones oppositionesq́ interiacet. Porro motus inæqualitatis Lunæ in qualibet vera oppositione coniunctioneue (si quando ab obseruatore mathematico annotatus non est) mediante inæqualitatis motu qui vero interstitio respondet inuenietur, à præcedente quidem eclipsi additione, à sequenti vero subductione. Quamobrem in sic obseruatis eclipsibus post verum interstitium, motum inæqualitatis Lunæ eidem respondentem subiungimus, quo ad inæqualitatem in vera oppositione aut coniunctione præcedente inuentam addito, fit motus inæqualitatis in vera oppositione coniunctioneue sequente, aut eodem à sequentis veræ oppositionis siue coniunctionis motu subducto, fit motus inæqualitatis in vera oppositione coniunctioneue præcedente. Medio autem interstitio inuento ad eius mensurationem iuxta Ptolomei computum accedendum est, primum interstitio vero syzigiarum siue menstruarum periodorum numerū subscribimus eum, quem emensurando eiusdem interstitij tempori competere inuenimus, hunc numerum in tempus vnius syzigiæ, videlicet dies 29. horas 12. scrupula prima 44. secunda 3. tertia 32. ducimus, quod prouenit tempus syzigiarum numero subnectimus, hoc iam tempus cum medio interstitio collatum ostendit num medius ille Lunæ & menstruus motus à Ptolomeo præscriptus veritati respondeat, an vero tardior celeriorue sit veritate obseruata. Hanc rationem exactiorem sequemur vbi exactius tempora obseruata sunt & annotata. Neq; tamen hic temporis æquationem curamus, quæ minutorum tantum aliquot differentiam nobis planè negligendam in motu efficit, quandoquidem exiguum calculi errorem deprehendere contenti non sumus, sed magnum & manifestum requirimus, quem nulla æquatio compensare, nulla obseruationis iuxta præcepta, quantum facile est, adhibita fallacia excusare potest, qualem in non dubiæ obseruationis eclipsibus (vt sunt omnes illæ à Ptolomæo in magna constructione descriptæ) demonstrare in primis est necessarium, quo in cæteris maior multò inuentus error, etiam sine definita determinatione adhibita fidem proniorem inueniat. Vbi verò minus exacte determinata sunt tempora, etiam inæqualitatis Lunæ motum, adeoq; media interstitia relinquemus, cum quod incertum sit alius ne in re sit motus ille, quam Ptolomeus præscripserit, ac posterioribus sæculis multum à vero abierit, tum quod indeterminata interualla iustum eius numerum reddere non possunt. Neq; vero illius vsu ad nostram intentionem admodum opus erit, cum tantus menstrui calculi euasurus sit error, etiamsi maximarum inæqualitatum remedium adhibeatur, vt ad vnius diei fere intercalationem, quem nos requirimus demonstandā sufficiat. Solis loca si quando in eclipsibus ab autoribus omissa sunt, & necessitas ita exigat, ex alijs obseruatis locis non aliter quam Lunæ inæqualitatem quæremus. Latitudinis Lunæ motum nonnunquam annotabimus, non quod nobis in hoc instituto sit necessa-

cessarius, sed vt eius quoq; inconstantia studioso lectori suboleat, & altius de eo speculandi exordiũ detur. Nunc ad eclipses examinandas veniamus.

28. *anno à Nabonassaro Lunæ eclipsis facta fuit, cuius medium erat Alexandriæ Thot* 18. *sequente* 19. *ante mediam noctem horis* 0.50. *Latitudo Lunæ fuit septentrionalis, distititq; à nodo ascendente gr.* 9.'35. *& à maxima epicycli longitudine* 12.2'4. *Medius igitur Lunæ motus maior fuit vero gr.* 0.'59. *ferè. Solis medius minor vero* 2.2'0. *Itaq; medius Lunæ locus transijt oppositum medium Solis, & præcessit media oppositio verã horis* 6.3'4.

28. *anno Lunæ eclipsis Phamenot* 15. *sequente* 16. *horis* 4.20. *ante mediam noctem Alexandriæ. In cuius medio collectione ad præcedentis inæqualitatem fit Lunæ à maxima epicycli longitudine motus gr.* 162.59.47.57.44.44.43. *Medius ergo eius motus maior vero gr.* 1.36. *Et Solis in gr.* 3.15. ♍. *existentis medius motus maior est vero gr.* 2.22. *ferè. Ideoq; mediæ oppositionis distantia gr.* 0.46. *& sequuta est media oppositio veram horis* 1.31.

127. *Lunæ eclipsis Athir* 27. *sequente* 28. *horis* 5. *post mediam noctem Alexandriæ, in cuius medio colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr.* 340.12.53.56.10.45.9. *Medius ergo Lunæ motus minor vero gr.* 1.34. *Et Solis in gr.* 27.3. ♈. *existentis, medius minor est vero gr.* 1.26. *Media igitur oppositionis distantia gr.* 0.8. *et sequuta est media oppositio veram horis* 0.15.45.

225. *Lunæ eclipsis Phamenoth* 17. *sequente* 18. *horis* 1.50. *ante mediam noctem Alexandriæ, in cuius medio colligitur inæqualitatis motus gr.* 28.4.48.23.50.1.55. *Medius Lunæ motus maior vero gr.* 2.11. *Et Solis existentis in* 18.12. ♋. *medius maior est vero gr.* 1.31. *Mediæ ergo oppositionis distantia gr.* 0.4'0. *& præcessit media oppositio veram horis* 1.19.

246. *Lunæ eclipsis Epiphi* 28. *sequente* 29. *hora* 1.15. *ante mediam noctem Alexandriæ, in cuius medio colligitur fuisse inæqualitas Lunæ gr.* 3.0.14.32.26.0.2. *& medius Lunæ motus maior vero gr.* 0.14. *Medius Solis motus inter hanc & præcedentẽ oppositiones est gr.* 124.2. *proinde hic ab Apogeo distantia media gr.* 168.15. *vbi medius motus maior est vero gr.* 0.33. *Media ergo oppositionis distantia fuit gr.* 0.19. *& sequuta est media oppositio veram horis* 0.27.45.

257. *Lunæ eclipsis Tybi* 3. *sequente* 4. *hora* 1.20. *ante mediam noctem Alexandriæ, in cuius vera oppositione colligitur motus inæqualitatis lunæ gr.* 100.32.36.9.12.42.48. *ideoq; medius motus maior vero gr.* 5.0. *Medius Solis à præcedente eclipsi ad hanc est gr.* 279.18. *ferè, ac proinde media ab apogeo distantia gr.* 87.3'3. *vbi medius motus maior est vero gr.* 2.20. *Distantia igitur oppositionis media gr.* 2.40. *& præcessit media oppositio veram horis* 5.15.

366. *Lunæ eclipsis Thoth* 26. *sequente* 27. *post meridiẽ diei* 26. *horis* 18.30. *Alexandriæ, in cuius vera oppositione*

Interstitium verum dies 176. *horæ* 20.3'0. *quibus respondet motus inæqualitatis Lunæ, videlicet à maxima epicycli longitudine gr.* 150.3'5.47.57.44.44.43.
Et syzigiæ siue menses lunares 6. *quibus respondent dies* 177. *horæ* 4.24.21.12.
Medium interstitiũ hoc est à media oppositione ad mediã augmento illic præcedentis hic sequentis mediæ oppositionis fit dierum 177. *horarum* 4.35. *Deficiunt ergo syzigiæ in tempore à medio interstitio hor.* 0.10.38.48.

Interstitium verum anni Aegyptij 98. *dies* 257. *horæ* 9.20. *quibus respondet inæqualitatis Lunæ motus gr.* 177.13.5.58.26.0.26.
Et syzigiæ 1220. *quæ efficiunt annos Aegyptios* 98. *dies* 257. *horas* 7.51.50.40.
Medium interstitium adhibita detractione à vero iuxta rationem inæqualitatum fit anni Aegyptij 98. *dies* 257. *horæ* 8.4.45. *Deficiũt ergo syzigiæ horis* 0.12.55.

Interuallum verum anni Aegyptij 98. *dies* 109. *horæ* 17.10. *quibus respondet inæqualitatis Lunæ motus gr.* 47.51.54.27.39.16.46.
Et syzigiæ 1215. *quæ efficiunt annos Aegyptios* 98. *dies* 109. *horas* 16.11.33.0. *Syzigiæ abundant horis* 0.36.18. *Medium enim interuallum est ann.* 98. *dies* 109. *horæ* 15.35.15.

Interuallum anni Aegyptij 21. *dies* 131. *horæ* 0.35.
Inæqual. Lunæ motus gr. 334.55.26.8.35.58.7.
Syzigiæ 264. *Anni Aegyptij* 21. *dies* 131. *hor.* 1.51.32.48.
Medium interstitium anni Aegyptij 21. *dies* 131. *horæ* 2.21.45. *Deficiunt syzigiæ horis* 0.30.13.

Interstitium anni 10. *dies* 159. *horæ* 23.55.
Inæqual. Lunæ gr. 97.32.21.36.46.42.46.
Syzigiæ 129. *quæ faciunt annos Aegyptios* 10. *dies* 159. *horas* 10.43.35.48.
Medium interstitium ann. 10. *dies* 159. *horæ* 18.12.15. *Deficiunt syzigiæ horis* 7.28.24.

Interstitium anni Aegyptij 108. *dies* 268. *horæ* 7.50. *Inæqual. lunæ gr.* 127.18.14.27.18.48.26.
Syzigiæ 1344. *quæ faciunt annos Aegyptios* 108. *dies* 269. *horas* 2.55.8.48.
Medium interstitium anni Aegyptij 108. *dies* 268. *horæ* 18.24.15. *Abundant syzigiæ horis* 8.30.53.

colligi-

colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr. 227.50.50.35.31.31.14. & medius Lunæ motus minor est vero gr. 3.56. Solis existentis in 28.18.♓. minor est medius motus vero gr. 0.57. Distantia oppositionis mediæ gr. 2.59. & sequuta est media oppositio veram horis 5.19.15.

Interuallum dies 177. horæ 11.26.
Inæqualit. Lunæ gr. 159.10.46.38.48.48.57.
Syzigiæ 6. quæ faciunt dies 177. horas 4.24.21.12.
Medium interuallum dies 177. horæ 3.8.29.
Abundant syzigiæ horis 1.15.52.

366. Lunæ eclipsis Phamenot 24. sequente 25. ante mediam noctem horis 4.24. Alexandriæ, in cuius oppositione vera colliguntur inæqualitatis Lunæ gr. 27.1.37.14.20.20.11. Medius eius motus maior est vero gr. 2.6. Solis in gr. 21.46. ♊. existentis, maior est medius motus vero gr. 0.36. Distantia oppositionis mediæ gr. 1.30. Præcessit ergo media oppositio veram horis 2.58.16.

Interstitium dies 177. horæ 2.34.
Inæqualit. Lunæ gr. 153.53.57.5.48.35.44.
Syzigiæ 6. efficiũt dies 177. horas 4.24.21.12.
Medium interstitium dies 177. horæ 4.39.16.
Deficiunt syzigiæ horis 0.14.55.

367. Lunæ eclipsis Thoth 16. sequente 17. post meridiem horis 10.10. Alexandriæ, in cuius medio colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr. 180.55.34.20.8.55.55. & medius motus minor vero gr. 0.5. Solis in 17.30.♓. constituti, minor est medius motus vero gr. 0.32. Mediæ oppositionis distantia gr. 0.27. & præcessit media oppositio veram horis 0.53.

418. à Nabon. demonstrauimus eclipsim Lunæ, quæ contigit Alexandro ad Arbelam cum copijs Darij confligente, horis 5.30. circiter serius factam quam calculus Ptolomei ex eclipsi hic proxime præcedente colligat, quod apte admodum cum præcedentium syzigiarũ defectu consonat.

367. Lunæ eclipsis Thoth 16. sequente 17. post meridiem horis 10.10. &c.

Interstitiũ anni Aegyptij 87. dies 108. hor. 21.50.
Inæqualitatis Lunæ gr. 141.26.3.45.
Inæqualitas Lunæ ab eclipsi anni 367. ad mediam oppositionem anni 454. graduum 140.9.50.24.
Syzigiæ 1079. faciunt annos Aegyptios 87. dies 108. horas 12.19.32.28.
Medium interstitium anni 87. dies 108. horæ 19.30.
Deficiunt syzigiæ horis 8.4.

454. Timocharis Alexandriæ obseruauit coniunctionẽ Lunæ cum spica ♍. Tybi 5. finito & horis 8. proxime. Sol erat in 15. gr. ♓. vbi medius Solis motus minor est vero gr. 2.20. & Luna in 21.21. ♍. Inæqualitatis Lunæ motus ad tempus obseruationis à maxima epicycli longitudine media colligitur gr. 322.21.38.5.13.28.5. & medius Lunæ motus minor vero gr. 2.52. vt fiat media luminarium distantia gr. 181.9. in qua adhibitis æquationibus iuxta Ptolomei præscriptum lib. 5. cap. 9. inuenitur inæqualitas Lunæ æquata gr. 322.25. proxime, et medius motus minor vero gr. 2.50. Itaq; rectificata luminarium distantia fuit gr. 181.11. Cùm ergo tempore obseruationis præterierit medius locus Lunæ medium Solis gr. 1.11. præcessit media oppositio obseruationẽ horis 2.20.

Media igitur oppositio facta est Tybi 5. finito & horis 5.40.

Interstitium anni Aegyptij 93. dies 221. hor. 1.20.
Inæqualitatis Lunæ gr. 338.55.48.49.29.
Syzigiæ 1157. annos faciunt 93. dies 221. horas 21.36.8.4
Interstitium medium anni 93. dies 221. horæ 13.57.
Abundant syzigiæ horis 7.39.

547. Lunæ eclipsis 16. Messori (completo) post meridiem eius horis 7. Alexandriæ, in cuius oppositione vera colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr. 300.1.13.33.37. & medius eius motus minor vero gr. 4.8. Et Solis in 26.6. ♍. versantis maior est medius motus vero gr. 2.16. Itaq; mediæ oppositionis distantia est gr. 6.24. & sequuta est media oppositio veram horis 12.37.

Interuallum dies 178. hor. 6.20.
Inæqualit. lunæ motus gr. 169.0.52.45.1.39.55.
Syzigiæ 6. faciunt dies 177. horas 4.24.21.12.

548. Lunæ eclipsis die 9. Mechir (completo) post eius meridiẽ hor. 13.20. Alexandriæ. Colligitur in oppositione ve-

ra motus inæqualitatis Lunæ gr.109.2.6.18. & motus medius maior vero gr.4.51. Sole autē in gr.26.17.♓. existente, minor est medius motus vero gr.2.11. Distantia oppositionis mediæ gr.7.2. & præcessit media oppositio veram horis 13.52.

548. Lunæ eclipsis totalis die 5. Messori (completo) hor.14.15. post eius meridiem Alexandriæ, in cuius medio colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr.248.58.15. & medius motus minor vero 4.49. Solis in 15.12.♍. existētis maior est medius motus vero gr.2.23. Distantia mediæ oppositionis gr.7.12. & sequuta est media oppositio veram hor.14.11.

574. Lunæ eclipsis Phamenot 27. completo, sequēte post medium noctis horis 2.30. Alexandriæ, in cuius vera oppositione colligitur inæqualitatis Lunæ motus gr.163.28.36. & medius motus maior vero gr.1.33. Solis in gr.6.16.♉. existentis minor est medius motus vero gr.1.10. Distantia oppositionis mediæ gr.2.43. præcessit igitur media oppositio veram horis 5.22.

607. Lunæ eclipsis Tybi 2. sequente 3. ante mediam noctem horis 1.50. Alexandriæ. Luna distabat à maxima epicycli longitudine gr.178.46. Sol exacte obtinebat gr.5.8. ♒. Ptol.lib.6.cap.5. Medius ergo Lunæ motus maior est vero gr.0.10. Solis medius minor vero gr.2.5. Distantia mediæ oppositionis gr.2.15. & præcessit media oppositio veram horis 4.26.

620. Obseruatio Hipparchi circa inæqualitatem Lunæ, Epiphi die 16. ante meridiem eiusdem horis 6.6. Sole viso in 8.35.♌. Luna in 12.2.♉. Inæqualitas Lunæ fuit gr.257.47. Distantia media Solis & Lunæ gr.96.2. Ptol.lib.5. cap.3. Sequuta est ergo media coniunctio obseruationem diebus 7. hor.21. & facta est Epiphi 23. transacta & horis 14.54. Alexandriæ. Inæqual. Lunæ in coniunctione media gr.3.9.43.9.52.19.0.

621. Obseruatio Hipparchi circa Solis & Lunæ situm die 11. Pharmuti ante meridiem eiusdem horis 5.40. ad Alexandriæ meridianum, in qua Solis verus locus in 7.45.♉. medius in 6.41.♉. Luna verè in 21.28.♓. Inæqualitas Lunæ à media longitudine maxima epicycli gr.185.30. Veræ Lunæ à vero Sole distantia gr.313.42. Mediæ Lunæ à vero Sole distantia gr.314.28. Hactenus Ptol.lib.5.cap.5. Ergo medius Lunæ maior est vero gr.0.46. & medius locus Lunæ est in gr.22.14.♓. Media igitur distantia est gr.315.32. vti & Ptol. testatur lib.5.cap.5. Porro hac media distantia à circulo detracta manet residuū mediæ distantiæ vsq; ad coniunctionem mediam gr.44.28. qui iuxta rationem temporis vni syzigiæ competentis iuxtaq́ Ptolomei tabulas perficiuntur dieb.3.hor.15.32. Facta est ergo coniunctio media Pharmuti die 14. completo & hor.9.52.

621. Media coniunctio post obseruationem Hipparchi, Pharmuti 14. cōpleto & hor.9.52. vt iam dictū est, in qua pro ratione interualli ab obseruatione hi motus deducūtur.

Inæqual. Lunæ gr.233.9.2. Solis medius 10.16.40.♉. A media coniunctione hac ad veram oppositionē ann.882. sunt anni Aegyptij 260. dies 233. hor.1.8. qui efficiūt Ro-

Interuallum medium dies 177. hor.3.51.
Abundant syzigiæ horis 0.33.

Interuallum dies 176. hor.0.55.
Inæqual. Lunæ gr.139 56.9.34.31.0.0.
Syzigiæ 6. dies faciunt 177. hor.4.24.21.12.
Medium interuallum dies 177. hor.4.58.
Deficiunt syzigiæ horis 0.33.39.

Interstitium anni Aegyptij 25. dies 237. hor.0.15.
Inæqualit. Lunæ gr.274.30.20.15.57.49.8.
Syzigiæ 317. faciunt annos Aegyptios 25. dies 236. horas 3.6.40.4.
Mediū interstitiū anni 25. dies 236. hor.4.42.
Deficiunt syzigiæ horis 1.35.20.

Interstitium anni 32. dies 279. hor.19.40.
Syzigiæ 405. dant annos 32. dies 279. horas 21.23.51.0.
Medium interstitium anni 32. dies 279. horæ 20.36.
Abundant syzigiæ horis 0.47.51.

Interuallum à media oppositione ad mediam coniunctionem anni Aegyptij 13. dies 201. horæ 9.10. Inæqual. gr.184.23.43.9.52.19.0.
Syzigiæ 167 ½. efficiunt annos 13. dies 201. horas 8.59.51.50.
Deficiunt syzigiæ horis 0.0.8.

Interuallum à media coniunctione ad mediam coniunctionem dies 265. horæ 18.58.
Inæqual. Lunæ gr.232.32.43.31.29.2.44.
Syzigiæ 9. efficiunt dies 265. hor.18.36.31.48.
Deficiunt syzigiæ horis 0.22.

Interuallum à media coniunctione ad veram suppositam anni Romani 171. dies 87. hor.9.9. qui faciunt Aegyptios 171. dies 130. horas 9.9. ad-

iectis

manos 260. dies 168. horas 1.8. *sunt enim* 65. *dies intercalares* hoc interstitio, si Romani anni in præcedentia continuari intelligantur. Quum autem vera oppositio anni 88. contigerit die Octobris 19. completo, & horis 22.59. ut ibi ostenditur, quod tempus à principio anni dies 292. hor. 22.59. complectitur, si ab his demamus quod post annos integros residuum est, videlicet dies 168. hor. 1.8. relinquentur ab initio anni dies 124. hor. 21.51. quod tempus extenditur in diem Maij 4. completū & horas 21.51. quo momento mediam coniunctionem post obseruationem Hipparchi proxime sequentem accidisse necesse est, si Romanos annos in antecedentia continuatos intelligamus.

iectis videlicet intercalaribus diebus 43 qui huic interuallo debentur, si Romani anni in anteriora cōtinuari intelligantur. Competunt autem huic tempori motus hi.
Inæqualitatis Lunæ gr. 317.3.21.
Solis medius gr. 87.8.22.
Syzigiæ 2118. annos faciunt Aegyptios 171. dies 130. horas 19.16.43.36.
Interuallum medium anni Aegyptij 171. dies 130. hor. 14.36.
Abundant syzigiæ horis 4.40.43.

703. & 760. annis eclipses Solis factæ, quia nec horam nec diem assignatam habent, adeoq; nihil ad eius quam quærimus inæqualitatis contemplationem conferunt, missas eas hic facimus.

792. Solis eclipsis sub Claudio facta, anno Domini 46. cal. Augusti. Esto autem eius medium Alexandriæ factū ante meridiem hor. 5. fient in eo ex præcedente coniunctione media hi motus.
Inæqual. Lunæ gr. 187.29. & medius minor vero gr. 0.43.
Solis medius gr. 7.14. ♌. & medius maior vero gr. 2.3.
Ergo.
In coniunctione vera adhuc restabat distantia media gr. 3.1. & sequuta est media coniunctio veram horis 5.27.

Interstitium verū anni 13. Romani, dies 272. horæ 8. quæ faciunt annos Aegyptios 13. dies 276. horas 8. Sunt enim hoc interstitio dies intercalares 4.
Syzigiæ 170. faciunt annos 13. dies 275. horas 4.50.
Deficiunt syzigiæ die 1. horis 5.24. media enim distantia est dierum 276. horarum 10.14. præter annos.

806. à Nabon. siue Domini 60. Solis eclipsis facta est, teste Plinio lib. 2. cap. 70. pridie cal. Maij inter septimam & octauam horas diei in Campania. Erat ergo facta Alexandriæ hora circiter 3. à meridie, ad quod tempus hi motus colliguntur.
Inæqualitatis Lunæ gr. 271.7. ex anni 872. eclipsi subducendo, & est medius motus minor vero gr. 4.59.
Solis medius gr. 7.2.54. ♉. subtrahendo ex sequenti obseruatione, & est medius motus minor vero gr. 1.5.
Ergo.
In vera coniunctione restabat adhuc distantia media gr. 3.54. & sequuta est media coniunctio veram horis 7.41.

Interstitium anni Romani 33. dies 213. hor. 3.39. qui sunt anni Aegyptij 33. dies 221. hor. 3.39. His competunt hi motus.
Inæqual. Lunæ gr. 57.1.32.
Solis medius gr. 208.57.6.
Syzigiæ 415 ½. Anni Aegyptij 33. dies 224. hor. 23.6.28.6.
Interstitiū medium anni Aegyptij 33. dies 223. hor. 19.10.
Abundant syzigiæ die 1. horis 3.56.

840. à Nabon. Domini 93. Agrippa in Bithynia obseruauit Lunam iunctam cum australi succedente vergiliarum Tybi 2. completo, succedente 3. ante mediā noctem horis 5.20. ad Alexandriæ meridianum. Sol erat in 5. gr. ♐. Luna vero motu in 3.7.8. Ptol. lib. 7. cap. 3. A tempore huius obseruationis vsq; ad veram oppositionem anni 882. in secunda eclipsi Lunæ Ptolomei, sunt anni Aegyptij 41. dies 335. hor. 4.20. qui sunt Romani 41. dies 325. (nam 10. sunt intercalares dies hoc annorum numero) & hor. 4.20. quibus à tempore veræ oppositionis anni 882. sublatis manent à principio anni dies 332. hor. 18.39. qui incidunt in 28. diem Nouembris completum & horas 18.39. quo tempore hæc obseruatio facta est.
Inæqualitatis Lunæ motus ab epicycli media longitudine maxima in hac obseruatione colligitur ab anno 607. in consequentia gr. 328.19. Ab anno vero 872. in antecedentia graduum 328.11. Differentia est tantum 8. minutorum.
Medius itaq; Lunæ motus minor est vero gr. 2.28. circiter, & Solis medius par est vero. Media igitur elongatio gr. 145.39. circiter, in qua æquationib. adhibitis fit medius lunæ motus æquatus minor vero gr. 4.22. circiter. Fuit itaq; medius Lunæ locus æquatus tempore obseruationis in gr. 28.45. ♈. & media lumi-

Interstitium ab obseruatione Agrippæ ad eclipsim Lunæ sub Adriano, anni Aegyptij 32. dies 135. hor. 1.44.
Solis medius gr. 125.21.7.
Syzigiæ 400. faciūt annos Aegyptios 32. dies 132. horas 5.43.33.20.
Interstitium medium anni Aegyptij 32. dies 132. hor. 8.11.
Deficiunt syzigiæ hor. 2.28.

narium distantia gr.143.45.quibus à 180.abstractis restat media distantia vsq; ad oppositionem mediam gr.36.15. quæ diebus duobus,hor.23.22.perficitur. Tanto igitur proxime tempore sequuta est media oppositio post obseruationem, videlicet Tybi 5. die completo & hor.6.2. aut iuxta Romanum calculum Decembris 1.die completo & horis 18.1.

872. Lunæ eclipsis sub Adriano Imp. cuius mediũ Pathon 17. completo & horis 8.24. Alexandriæ, in cuius medio Luna distabat à maxima epicycli longitudine gr.251.53. eratq; iuxta nodũ descendentem, medius motus eius minor fuit vero gr.4.53. Ptol. pag.106. Solis medius gr.10.21.♈. vt ex præcedente obseruatione colligitur additione pro intermedio tempore facta. Medius eius motus minor est vero gr.1.56.

Ergo.

In oppositione vera medius Lunæ locus adhuc distabat à media oppositiõe gr.2.57. et sequuta est media oppositio verã hor.5.49.

872. Media oppositio Pathon 17. completo & horis 14.13. &c.

Interstitium à media oppositione ad mediam anni Aegyptij 9. dies 199. hor.15.21.
Syzigiæ 118. efficiũt annos Aegyptios 9. dies 199. horas 14.38.56.56.
Deficiunt syzigiæ horis 0.42.

882. siue Domini 135. eclipsis Lunæ secunda Ptolomei, cuius mediũ fuit Alexandriæ Chiac die 2. sequente 3. ante mediam noctem 1. hora æquali, siue: vt in opere demonstratur, Octobris 19. completo & horis 22.59. in quo hi fuerunt motus teste Ptolomeo.

Inæqualitatis Lunæ à maxima epicycli longitudine gr.64.38. & medius maior vero gr.4.24.

Solis verus locus in gr.25.6.♎. proxime (vbi medius maior vero gr.1.39.

Ergo.

In oppositione vera medius locus Lunæ transijt mediã oppositionem Solis gr.2.45. & præcessit media oppositio verã hor.5.26. Facta est ergo media oppositio Chiac 2. completo & horis 5.34. siue Octobris 19. completo & horis 17.33. In qua media oppositione facta pro tempore anticipante subductione colligitur medius latitudinis motus gr.7.4. à nodo descendente, cùm in vera oppositione medius fuerit gr.10.3.

Interuallum anni Aegyptij 212. dies 65. hor. 18.27. quo tempore sunt, Intercalares 53.
Inæqual. Lunæ motus à vera oppositione ann.135. ad verã an.347. sunt gr.197.7.
Latit. medius à media oppositiõe anni ad veram anni 347. est gr.338.24.
Syzigiæ 2624½. anni Aegyptij 212. dies 123. hor.1.12.33.14.
Abundant syzigiæ diebus 4. hor.6.45.

347. Domini fuit Solis eclipsis magna 8.cal.Ianuarij, hoc est 25. Decembris, fuerit eius meridie.

Inæqualitatis Lunæ motus gr.261.45. & medius motus minor vero gr.5.0.

Latitudinis medius gr.345.28. à nodo descendente. & proinde Verus latitudinis motus gr.350.28. eclipsi conueniens.

Hanc eclipsim in opere iuxta Cassiodori sententiam sub Philippo & Sallea Coss. anno 348. annotaui, verum à Mariano recte notatam anno 11. Constantij, in quo consulatum inierunt Philippus & Sallea, Domini videlicet 347. finiente, iustis rationibus colligitur. Et fortè ad creationem horum Consulum anno 347. finiente factam respexit Cassiodorus, ita vt vterq; verũ dicat, Cassiodorus qui sub Philippo & Sallea, & Marianus qui 11. anno Constantij factam eclipsim notat. Errorem scriptoribus peperit mala annorum & Consulum conciliatio. Contigisse autem eclipsim hoc 347. anno, idq; 8.cal.Ianuarij, qui est in 11. anno Constantij, arguit conueniens latitudinis motus, nusquam alibi; quocunq; transferri possit eclipsis idoneus. Si enim hoc eodem anno 18.cal.Ian. meridie constituatur fiet latitudinis verus motus in eclipsi gr.209.11. à nodo descendente, hoc est 29.11. à nodo ascendente, longe videlicet maior termino ecliptico. Si ad anni 348. octauum cal. Ianuarij referatur, inuenietur verus latitudinis motus à nodo descendente gr.147.37. nimis longe ab ascendente nodo subsistens. Si ad eiusdẽ 348. anni decimumoctauum cal. Ianuarij transferatur, fiet latitudinis verus motus gr.19.19. à nodo descendente, maior & hic iusto, veruntamen quia inter annos Domini 135. & 664. calculus Ptolomei maiores colligit latitudinis motus quam veritas patiatur, vt mox videbimus, et 19 gradus non multum superant terminum eclipticum,

ticum, existimabit aliquis hanc eclipsim iuxta Mariani exemplar anno 348. 18. cal. Ianuarij reponendã esse, sed prohibet enormior computi Ptolomaici tunc contingens exorbitatio, siquidem vbi nos inter primã Lunam anni 341. & hanc eclipsim defectum syzigiarum in diebus 5. hor. 22. colligimus, ibi tunc maior defectus nimirum dierum 7. horarum 13.10. inuenietur, & vbi nos inter eclipsim hanc et Lunam primã ann. 349. abundantiam syzigiarum colligimus dierum 5. hor. 23. ibi tunc dies 7. hor. 14. redundant, quanta enormitas hic fieri nõ potuit, postquam 50. tantum dehinc annorum spacio, anno videlicet 403. duobus tantum diebus cycli decemnoualis supputatio à veritate aberrare deprehenditur. Iã primas lunas quæ suspectæ nõ apparuerunt (quandoquidem ad propositæ inæqualitatis speculationẽ faciunt plurimũ) subiungemus, annũ Domini 135. repetẽtes.

882. siue Domini anno 135. media fuit oppositio Octob. 19. completo, & horis 17.33. vt dictum est.

> Interuallum medium, ab oppositione videlicet media ad coniunctionem mediam anni Aegyptij sunt 194. dies 136. hor. 18.27.
> Intercalares 49.
> Syzigiæ 2404½. fiũt anni Aegyptij 194. dies 196. hor. 7.39.35.54.
> Abundant syzigiæ diebus 10. horis 13.12.

330. anno Domini fuit Luna decimaquarta Martij 19. prima igitur Luna fuit 6. Martij, fuerit meridie, quo serius haberi non potest. Quamuis autem nouilunium hoc propius æquo videatur ad oppositionẽ anni 135. accedere & nimis magnum syzigiarum excessum facere, non tamen errorem esse in tam accurata temporis, quam hoc anno posui, descriptione verisimile est, & æquis passibus per sequentia nouilunia continuata sequela, non aliam huius nouilunij positionem admittit.

> Interuallũ ann. Aegyptij 11. dies 28. hor. 0.30.
> dies intercalares 3.
> Syzigiæ 137. faciunt annos 11. dies 30. horas 16.36.4.4.
> Deficiunt syzigiæ hor. 7.54.

341. Luna prima pridie nonas Aprilis. Sit medium nouilunium 3. Aprilis hora 0.30. à meridie. Huius nouilunij & sequentium indubia tempora suis locis in opere obserua lector, ne quid hic in eorum positione erratum suspiceris.

> Interstitium anni 6. dies 265. hor. 23.30.
> Intercalaris 1.
> Syzigiæ 83. anni 6. dies 261. hor. 0.56.53.16.
> Deficiunt syzigiæ diebus 5. horis 22.34.

347. Solis eclipsis magna 25. Decembris meridie, vt prius dictum est.

> Interstitium ann. 1. dies 71. horæ 0.0.
> Intercalaris 1.
> Syzigiæ 15. ann. 1. dies 77. hor. 23.0.56.0.
> Abundant syzigiæ diebus 5. horis 23.

349. Luna fuit decimaquarta 19. Martij, ideoq; prima Luna 6. Martij, Ponamus medium nouilunium hora 12. eiusdem, neq; enim potest serius.

> Interstitium ann. 10. dies 363. hora 1.0.
> Intercalares 3.
> Syzigiæ 136. ann. 11. dies 1. hor. 3.52.0.32.
> Abundant syzigiæ hor. 2.52.

360. Luna decimaquarta fuit 18. Martij. Prima igitur Luna 5. Martij, ponamus medium nouilunium 4. Martij hora prima post meridiem.

> Interstitium anni 17. dies 22. horæ 0.0.
> Intercalares 4.
> Syzigiæ 211. an. 17. dies 25. hor. 22.56.25.32.
> Deficiunt syzigiæ hor. 1 4.

377. Luna decimaquarta 5. Idus Aprilis, ergo prima Luna 27. Martij, sit mediũ nouiluniũ 26. Martij hor. 1. post meridiem.

377. Prima Luna 27. Martij, & medium nouiluniũ 26. Martij hora prima post meridiem, vt dictum est.

> Interstitium ann. Aegyp. 9. dies 344. hor. 23.0.
> Intercalares 2.
> Syzigiæ 123. ann. 9. dies 347. hor. 6.19.14.36.
> Abundant syzigiæ horis 7.19.

387. Luna decimaquarta fuit 19. Martij, ergo prima 6. Martij, sit eius meridie.

> Interstitium anni 16. dies 3. hor. 0.0.
> Intercalares 4.
> Syzigiæ 198. anni 16. dies 7. hor. 1.23.39.36.
> Abundant syzigiæ hor. 1.23.

403. Luna decimaquarta 22. Martij, ergo prima Luna 9. Martij, sit eius meridie. Innocentius PP. Rom. dixit Lunam eo die esse decimamsextam, quo Theophilus Alexandrinus iuxta rationem cycli decemnoualis putauit esse decimamquartam. Ergo veritas hoc anno cyclũ antecedit diebus 2. quanquam Paulus de Middelburgo hic cum Cyrillo ipsum Theophilum excusare nitatur, quia suspicatus non est calculum astronomicum adeo à vero recedere posse.

> Interstitium anni 13. dies 360. hor. 0.30.
> Intercalares 4.
> Syzigiæ 173. an. 13. dies 363. hor. 19.2.11.16.
> Deficiunt syzigiæ horis 5.28.

417. Luna decimaquarta fuit 18. Martij, 1. igitur Luna 5. Mar-

 tij, sit

tij, ſit medium nouiluniũ 3. Martij completo & horis 12.30.

Interſtitium anni 11. dies 28. hor. 0.0.
Intercalares 3.
Syzigiæ 137. anni 11. dies 30. hor. 16.36.4.4.
Deficiunt ſyzigiæ horis 7.24.

428. *Luna decimaquarta fuit 15. Aprilis, & proinde Luna prima 2. Aprilis ponamus medium nouilunium 31. Martij finito & horis 12.30. quo prius niſi exiguo poni poteſt.*

Interſtitium anni 16. dies 3. hor. 2.20.
Intercalares 4.
Syzigiæ 198. anni 16. dies 7. hor. 1.23.39.36.
Deficiunt ſyzigiæ hor. 0.57.

444. *Luna decimanona fuit 9. Cal. Maij, ergo prima Luna 5. Aprilis, eſto nouilunium medium 3. Aprilis completo & horis 14.50.*

Interſtitium anni 20. dies 343. hor. 11.26.
Intercalares 5.
Syzigiæ 259. an. 20. dies 348. hor. 10.11.15.8.
Deficiunt ſyzigiæ horis 1.15.

465. *Luna decimaquarta fuit 27. Martij, ergo prima Luna 14. Martij. Sit mediũ nouilunium 13. Martij completo & horis 2.16.*

Interſtitium anni 59. dies 361. hor. 20.18.
Intercalares 15.
Syzigiæ 742. an. 60. dies 11. hor. 16.51.41.44
Deficiunt ſyzigiæ horis 3.27.

525. *Luna fuit decimaquarta 9. cal. Aprilis, igitur 11. Martij fuit prima Luna. Sit medium nouilunium completo 9. Martij & horis 22.34.*

Interuallum anni 8. dies 1. hor. 13.26.
Intercalares 2.
Syzigiæ 99. anni 8. dies 3. hor. 12.41.49.48.
Deficiunt ſyzigiæ horis 0.45.

533. *Luna decimaquarta fuit 8. cal. Aprilis, ergo prima Luna fuit 12. Martij, fuerit meridie, quo ſerius accipi non debet.*

Interuallum anni 32. dies 361. hor. 0.0.
Intercalares 8.
Syzigiæ 408. anni 33. dies 3. hor. 11.36.22.36.
Deficiunt ſyzigiæ horis 12.24.

566. *Luna decimaquarta 8. cal. Aprilis, hoc eſt 25. Martij, vt ex cyclo Dionyſij citat Beda, vt vero in Bedæ abaco eſt, 21. die. Vnde conſtat medio inter Dionyſium et Bedam tempore, ſi non omni, ſaltem aliquo, diſtantiæ mediæ motum fuiſſe celeriorem quam vel tempore Dionyſij, vel ætate Bedæ inuentus fuerit. Porro cùm Beda primum annũ abaci ſui Dionyſio conformiter ponat, vt ex 46. cap. de temporum ratione patet, & in annis ſui temporis veritatem apparentem haud dubie ſequutus ſit, propius eum adhibita emendatione hic veritatem attigiſſe quam Dionyſium credimus, proinde ad Bedæ abacum reſpicientes primam hic Lunam conſtituimus 8. Martij, ſit autem meridie eiuſdem.*

Interſtitium anni 98 dies 55. hor. 22.0.
Intercalares 25.
Syzigiæ 1214. ann. 98. d. 80. hor. 3.27.29.28.
Deficiunt ſyzigiæ horis 18.33.

664. *fuit Solis eclipſis 3. die Maij, 10. circiter hora diei, quam Beda vidit, in qua hi motus colliguntur.*

Inæqual. ☾. gr. 66.22. vnde medius maior vero gr. 4.28.
Latit. Lunæ medius gr. 62.39. à nodo deſcendente.
Solis medius 11.7.♉. medius minor vero gr. 0.59.

Ergo.

Interuallum autem à media oppoſitione anni Domini 135. vſque ad hanc eclipſim Bedæ eſt anni Aegyptij 528. dies 194. hor. 19.9. & intercalares 133. Huic tẽpori hi motus reſpondent. Inæqualitatis Lunæ gr. 4.42.4.
Latitudinis Lunæ medius gr. 55.35.23.
Solis medius gr. 194.35.31.
Syzigiæ 6537 ½. faciũt annos Aegyptios 528. dies 336. horas 6.34.59.10.
Abundant ſyzigiæ diebus 8. horis 11.26. & ſi mediam coniunctionẽ anni 664. intueamur dieb. 8. hor. 22.11. tanto circiter tardior eſt calculus Ptolomei veritate in annis his 528.

Media diſtantia gr. 5.27. & præcedit media coniunctio veram horis 10.45. in quibus minuitur latitudinis motus gr. 5.30. circiter, vt fiat medius latitudinis in coniunctione media gr. 57.9. circiter. Tametſi autem ab anno Domini 135. hucuſq; collectũ latitudinis motum videmus multo maiorem eſſe quam vt eclipſi conueniat, & medij receſſus Lunæ à Sole motum ad præſcriptum in hac eclipſi tempus non excurrere, non tamen ſuſpecta nobis eſſe debet aſsignatio temporis à Beda in hac eclipſi propoſita, conformiter enim duobus locis idem tempus deſcribit, 5. nonas Maij in temporum ratione, & 3. die menſis Maij in Anglicæ hiſtoriæ lib. 3. cap. 27. Vtrobiq; etiam annum eundem ponit 664. Præterea ſi tempus vnius ſyzigiæ auferamus à tempore mediæ coniunctionis iam inuentæ, habebimus mediam coniunctionem proxime præcedentem 2. Aprilis completo & horis 10.31. vt cadat hæc in tertium diem horis 1.29. ante meridiem, et ſi quæ in eclipſis ſupputatione neglexímus huc reuocemus, nimirum medium eclipſis dimidia vt minimũ hora ſerius contigiſſe, (incipientis enim eclipſis tempus hiſtorici ferè deſignant) tum etiã meridianũ Romanum ad quẽ cyclorum paſchaliũ ratio aptata eſt, inueniemus mediã hanc coniunctionẽ Romæ poſt meridiẽ contigiſſe, et proinde iuxta paſchales canones ad ſequentẽ diem pertinere, ac 4. Aprilis primã Lunam dicendã eſſe, et 17. diem Lunã decimamquartã, quod cũ abaco paſchali Bedæ Lunã 14. hoc 664. ann. 15. cal. Maij ponẽte conſentit,

sentit, recte igitur cum eodem consentiens positum eclipsis tempus est, neq; de mendo aliquo suspicio esse potest. Neq; vero si annū præscripto tempori addamus aut auferamus latitudinis motus eclipsi conueniet, & mediæ distantiæ motus tum longius quam hoc anno à tertio die Maij exorbitabit, quamobrem sine omni hæsitatione 3. dies Maij & annus 664. exhibitæ à Beda eclipsi (vt locis allegatis scripsit ille) conueniunt. Necesse est ergo latitudinis medium motum ab anno Domini 135. vel 348. ad hunc 664. gradibus plus minus 50. tardiorem fuisse quam calculus Ptol. habet, & mediæ distantiæ motum 9. circiter diebus celeriorem. Quamobrem latitudinis motum, cùm ad mediarum coniunctionum oppositionumq; anticipationem aut sequelam nihil conferre possit, & nostro proposito inutilis sit, omittemus donec ad exactiores obseruationes ventum fuerit, nisi sicubi deprauati temporis suspicio inciderit, quam latitudinis à propinqua & firma aliqua eclipsi motus vtcunque discutere potest, non enim ad extremam falsitatis metam ille progreditur, sed mediocribus tantum factis excessibus per interualla ad æqualitatem reuertitur.

664. *Solis eclipsis dicta, cuius media coniunctio inuenta est primo die Maij completo & horis circiter 23.15. &c. Supponimus aūt hanc in Anglia obseruatam à Beda, vti nec dubitamus.*

Interuallum à media cōiunctione ad veram oppositionē anni 18. dies 348. hor. 21.45.
Intercalares 4.
Latit. medius motus gr. 148.33.24. huic interuallo respondet.
Syzigiæ 234 ½. faciunt annos Aegyptios 18. dies 354. hor. 22.11.48.34.
Abundant syzigiæ diebus 2. hor. 0 26.

683. *Lunæ eclipsis 16. Aprilis, cœpit vespere post cœnam Domini, & durauit vsq; ad gallicinium. Sit medium eius Romæ hora 10. à meridie, & per Angliæ meditullium hora 9. Latitudinis medius motus in hoc tempus à præcedente coniunctione media colligitur gr. 205.42.24. à nodo descendente, qui excedit iustam quantitatem, sed minus quā ille in præcedente eclipsi.*

Interuallum anni 81. dies 48. horæ 9.
Intercalares 21.
Latit. medius motus gr. 3.32.54.
Syzigiæ 1003 ½. anni 81. dies 68. horas 22.53.5.42.
Deficiunt syzigiæ horis 10.7.

764. *Solis eclipsis pridie nonas Iunij hora 6. (mane) ab Annonio lib. 4. cap. 66. traditur accidisse, colligiturq; ex diligenti eius inspectione vel hoc anno vel præcedente 763. facta esse. Verum latitudinis motus medius in 763. annum collectus, videlicet gr. 60. 33. nimium excrescit, & syzigiæ inter eundem & eclipsim Lunæ præcedentem nimium excedunt interuallum eorundem, nimirum diebus 11. qui error cùm sit excessus anni communis supra 12. menses lunares, siue syzigias, non difficulter intelligitur vno integro anno serius hanc eclipsim factā esse, videlicet anno 764. in quē colligitur latitudinis medius gr. 209.15.46. excedens quidem iustum terminum, sed minus multo quam ille in annum 763. collectus, magis tamen quam ille anno 683. inuentus.*

Interuallum anni 23. dies 104. hor. 5.
Intercalares 5.
Latit. medius gr. 184.59.24.
Syzigiæ 288. anni 23. dies 109. hor. 19. 28.57.36.
Abundant syzigiæ horis 14.28.

787. *Solis eclipsis maxima 9. Septembris, die prima septimanæ, hora 5. Cedren. Quia vero horas ab ortu numerat erit hora circiter 11. antemeridiana, qua ipsam vult factam. At loco. 9. Septemb. legendum esse 16. Septemb. cùm prima septimanæ feria, tum qui inter 9. diem & præcedentem Solis eclipsim pro magnitudine interualli colligitur latitudinis motus inconuenientissimus ostendit, fit enim ille pro eo interuallo gr. 92.32. distans quam potest longissime ab vtroq; nodo, verum si ad interstitium addas 7. dies, manebit locus eclipsis in sua feria, & fiet latitudinis medius motus gr. 185. 8. ad eclipsim conuenientissimus. Quanquam hæc interuallo respondens latitudo cum præcedentis eclipsis erronea latitudine iuncta facit hic motum latitudinis medium gr. 34.23. à nodo descendente, maiorem quidem iusto, sed alieno non suo errore.*

Interstitium anni 18. dies 350. hor. 18.0.
Intercalares 5.
Latit. medius gr. 183.10.39.29.
Syzigiæ 234 ½. fiunt anni 18. dies 354. hor. 22.11.48.34.
Deficiunt syzigiæ horis 19.49.

806. *Lunæ eclipsis 4. nonas Septembris, &c. Vide reliqua suo loco. Sit facta mane hora 5. Colligitur in hoc tempus, additione pro ratione interstitij ad præcedentis eclipsis latitudinem facta, latitudinis medius gr. 217.33. à nodo descendente maior quam oporteat.*

Interstitium dies 162. hor. 7.0.
Latit. motus gr. 347.0.47.
Syzigiæ 5. ½. dies 162. hor. 10.2.19.26.
Abundant syzigiæ horis 3.2.

807. *Solis eclipsis tertio Idus Februarij (11. Februarij) meridie.*

An-

Annon.lib.4.cap.95. Regino.
Latitudinis medius colligitur gr.195.11. paulo forte adhuc maior quã debeat, sed tamen iam proxime ad iustam mensuram reuersus. Hactenus latitudinis motus per aliquot eclipses prosequuti sumus propter quarundam suspecta tempora, tum etiã vt astronomiæ studiosis ansam daremus altius latiusq́ de medij latitudinis motus inconstantia cogitandi & inquirendi.

Interstitium dies 14. horæ 14.0.
Dimidia syzigia facit dies 14. horas 18.22.1.
Abundant syzigiæ horis 4.22.

807. *Lunæ eclipsis 26. Februarij. Annon.lib.4.cap.95. Sit mane hora 2.0.*

Interstitium dies 177. hora 1.0.
Syzigiæ 6. dies 77. hor.4.24.21.
Abundant syzigiæ horis 3.24.

807. *Lunæ eclipsis 22. Augusti mane hora 3. &c. Annon.lib.4.cap.95. Vide in chronico suo loco.*

Interuallum anni 2. dies 125. horæ 23.0.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 29. anni 2. dies 126. hor.9.17.42.28.
Deficiunt syzigiæ horis 13.42.

809. *Lunæ eclipsis 26. Decembris. Annon. Regino. Sit mane hora 2.*

Interuallum dies 163. hor.3.0.
Syzigiæ 5½. dies 162. hor.10.2.19.26.
Deficiunt syzigiæ horis 17. ferè.

810. *Solis eclipsis 7. Idus Iunij. Regino. hoc est 7. die Iunij, sit mane hora 5.*

Interstitium dies 14. hor.18.
Syzigia dimidia, dies 14. hor.18.22.1.46.
Abundant syzigiæ horis 0.22.

810. *Lunæ eclipsis 11. calendas Iulij. Regino. Sit 21. Iunij vespere hora 11.*

Interstitium dies 161. hor.13.0.
Syzigiæ 5.½. dies 162. hor.10.2.17.26.
Abundant syzigiæ horis 21.0.

810. *Solis eclipsis pridie calendas Decembris. Regino. Sit meridie eiusdem.*

Interstitium dies 14. hor.18.0.
Dimidiata syzigia, dies 14. hor.18.22.1.46.
Abundat illa horis 0.22.

810. *Lunæ eclipsis 18. calendas Ianuarij. Adon. Annon. lib.4.cap.98. hoc est 15. Decembris, sit mane hora 6.*

Interstitium annus 1. dies 151. hor.8.0.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 17½. ann.1. dies 151. hor.18.51.1.50.
Deficiunt syzigiæ horis 13.9.

812. *Solis eclipsis Idibus Maij post meridiem. Regino. Annon.lib.4.cap.100. Sit hora 2. post meridiem.*

Interstitium ann.4. dies 265. hor.12.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 58½. ann.4. dies 267. hor.12.57.26.42.
Abundant syzigiæ die 1. horis 0.57.

817. *Lunæ eclipsis nonis Februarij hora noctis 2. (mane.) Annon.lib.4. cap.105.*

817. *Lunæ eclipsis nonis Februarij hora noctis 2. mane, vt dictum est.*

Interuallum ann.1. dies 121. horæ 10.0.
Syzigiæ 16½. ann.1. dies 122. hor.6.6.58.18.
Abundant syzigiæ horis 20.6.

818. *Solis eclipsis 8. Idus Iulij. Annon.lib.4.cap.106. Legendum est aũt 8. Idus Iunij, quod est 6. die Iunij, alioqui syzigiæ inter hanc & præcedentem deficerent die 1. hor. 15. rursum inter hanc & sequentẽ abundarent die 1. horis 13. quod nimium est in tantilla distãtia, præcipue cum non sequatur in proximo interuallo abundantia quæ illã æquabiliter et gradatim minuat. Si quis Iulium mensem seruare volet, maiorem constituet inæqualitatem motus distantiæ mediæ, & magis præcipitẽ in ea mutationem, quæ non nisi necessitate cogente admittenda est. Sit autem facta meridie.*

Interstitium anni 2. dies 170. horæ 14.0.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 30½. ann.2. dies 170. hor.16.23.47.46.
Deficiunt syzigiæ horis 21.37.

820. *Lunæ eclipsis 8. calendas Decembris hora noctis 2. Annon.lib.4.cap.107. De anno constat ex Iac. Meyero, qui eadem quæ cum hac eclipsi Annonius de Normannis & anni qualitate recitat, in annum 820. colligit.*

Interstitium anni 7. dies 219. hor.2.0.
Intercalaris 2.
Syzigiæ 94. anni 7. dies 220. hor.21.1.32.8.

828. Lu-

828. *Luna calendis Iulij primo diluculo in occasu suo defecit. Annon. Sit mane hora 4.*

Deficiunt syzigiæ horis 5.

Interstitium anni 11. *dies* 308. *horæ* 5.
Intercalares 3.
Latit. motus gr. 355.51.41.
Syzigiæ 146. ½. *anni* 11. *dies* 311. *horæ* 5.34.37.38. *Abundant syzigiæ horis* 0 34.

840. *Solis maxima eclipsis 3. nonas Maij (id est 5. die Maij) hora diei 9. Annon. Marianus.*

Interuallum anni 38. *dies* 163. *horæ* 16.
Intercalares 9.
Latit. medius motus gr. 9.32.48.
Syzigiæ 475 ½. *anni* 38. *dies* 171. *horæ* 19.10.0.6. *Deficiunt syzigiæ horis* 20.50.

878. *Lunæ eclipsis magna 16. Octobris. Regino. Sit mane hora 1. Existimo 15. Octobris legendum, vt præcedens interstitium vno die minuatur, & fiat abundantia horarum 3.10. & sequens interstitium 1. die augeatur, fiatque abundantia horarũ 5.47. nam in dimidia syzigia abundantiam vnius diei fieri credibile non est.*

Interstitium dies 13. *horæ* 12.35. *ab eclipsis Lunæ ad mediam oppositionem.*
Dimidiata syzigia facit dies 14. *hor.* 18.22.1.46.
Abundat illa die 1. *horis* 5.47.

878. *Solis eclipsis maxima 29. Octobris circa horam 9. Regino. Sigeb. Marian. Sit Aractæ hora 12. In qua ex sequente eclipsi per subductionem hi motus colliguntur.*
Inæqualitatis Lunæ gr. 192.21.16. *& medius minor vero gr.* 1 12.
Solis medius 12.20. ♏. *& medius maior vero gr.* 0.58.
Ergo media distantia gr. 2.19. *& sequuta est media coniunctio veram horis* 4.35.

Interstitium à media coniunctione ad mediam oppositionem anni 4. *dies* 266. *horæ* 21.42.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 58. ½. *ann.* 4. *dies* 267. *hor.* 12.57.26.42.
Deficiunt syzigiæ horis 8.45.

883. *Lunæ eclipsis, cuius medium die 23. Iulij post meridiem eiusdem horis 8. æqualibus Aractæ.*
Medius locus Solis in gr. 5.51. ♌.
Medius locus Lune gr. 8.45. ♒. *Albateg.*
Ergo.
Distantia oppositionis mediæ gr. 2.54. *& præcessit media oppositio veram horis* 5.43. *factaque est media oppositio 23. Iulij, post meridiem eiusdẽ horis* 2.17. *Aractæ.*
Inæqualitatis Lunæ motus in oppositione vera fuit gr. 93. *iuxta Albategnium. Serius accidit hæc eclipsis quam pro calculo Ptolomei tribus horæ quadrantibus, vt annotauit Albategnius, sed supputatione à Nabonassaro deducta intelligit, si enim à propinqua aliqua radice ad veritatem formata eam deduxisset, maiorem inæqualitatem deprehendisset. Quod porro eclipsis hæc cadat in 23. diem Iulij, cum Albategnius dicat 23. Temur, ex æquinoctio eodem anno ab ipso obseruato sic ostendimus. Sole in principio libræ constituto maior est medius motus eius vero partibus paulo amplius 2. secundum Albategnium, fuit ergo in autumnali eo æquinoctio medius Solis locus gr. 2.* ♎. *vnde in antecedentia vsque ad medium Solis locum in eclipsi hac sunt gr. 56.9. qui paulo minus quam 57. diebus medio Solis motu conficiuntur, hos si à tempore æquinoctij iuxta Romani anni rationem apertis verbis ab Albategnio descripto auferamus, habebimus 23. Iulij ferè completum, quemadmodum & Albategnius 23. Temur prope completum assignat. Idem ergo hic Temur qui nobis Iulius est, idemque in vtroque dies intelligitur.*

883. *Lunæ eclipsis iam dicta, cuius media oppositio fuit 22. Iulij completo & horis 14.17. Aractæ.*

Interstitium medium anni 8. *dies* 16. *horæ* 4.55.
Intercalares 2.
Syzigiæ 99 ½. *anni* 8. *dies* 18. *horæ* 7.3.51.34.
Abundant syzigiæ horis 2.8.51.

891. *Solis eclipsis 7. Augusti completo & horis 13. 9. hoc est post meridiem diei octauæ hora 1. 9. Aractæ. Solis medius locus in gr. 20.54.* ♌. *Lunæ medius in gr. 17.50.* ♌. *Media ergo distantia gr. 3.4. & sequuta est media coniunctio veram horis 6.3. vt facta sit media coniunctio 7. Augusti completo & horis 19. 12. Porro quòd in 8. diem Augusti cadat eclipsis hæc sic ex præcedente eclipsi deducimus. Illam ostendimus 23. Iulij horis post meridiem eiusdem 8. factam esse, à medio autem Solis loco in ea notato ad medium huius sunt in consequentia gr. 15. 3. quibus respondet motus medius Solis dierum 15. horarum paulo plus 6. quod tempus si prioris eclipsis momento addamus, habebimus diem Augusti 7. completum, & horas paulo amplius 2. In 8. ergo diem Augusti huius eclipsis medium exten-*

extenditur. Cæterum ad horam diei qua eclipsim factam scribit Albategnius dictum medij motus tempus non pertingit, sed ab eo horis circiter 11. deficit, quare si viciatus hoc loco non est autor, necesse est medium motum Solis circa hæc tempora, in annis 8. diebus 15. horis 17. 9. (quantum scilicet est inter præcedentem eclipsim & hanc) tardiorem esse horis 11. fere quam ab Albategnio descriptus est capite 27. Videant ergo astronomiæ studiosi, & disquirant ne forte etiam in Solis motu talis aliqua sit anomalia, qualem in Luna deprehendi diximus. Addit Albategnius hanc eclipsim 1. hora serius accidisse quam calculo Ptolomei conueniebat, at præcedentem eclipsim tribus tantum quadrantibus horæ tardius factam asseruit, colligitur ergo Albategnij testimonio hoc æuo in annis 8. diebus 15. horis 17. 9. distantiæ motum vno quadrante horæ vltra Ptolomei rationes retardatum fuisse. Nos autem syzigias inter hanc & præcedentem eclipsim abundantes posuimus horis 2. 8. 51. respicientes ad mediam luminarium distantiam in huius anni eclipsi ab Albategnio descriptam. At vero si ad inæqualitatis Lunæ motum graduum 332. 57. ab eodem traditum respiciamus, eiusq; æquationem iuxta Ptol. rationes gr. 2. 6. à vero loco Lunæ, scilicet gr. 19. 14. ♌. ab Albategnio posito demamus, fiet medius Lunæ locus 17. 8. in hac eclipsi, & distantia media gr. 3. 46. media coniunctio posterior vera horis 7. 26. ac proinde media distantia inter hanc & præcedentem anni Aegyptij 8. dies 18. horæ 6.10. sic syzigiæ abundabunt tantum horis 0.53. quod cum excessu retardationis, testimonio Albategnij inter vtramq; eclipsim deprehenso propius couenit, nondum tamen omnino. Saltem hoc ab Albategnio manifeste discimus, Ptolomei calculos hac ætate tardiores iusto esse, eamq; tarditatem adhuc in augmento versari.

891. Solis eclipsis iam tractata, cuius media coniunctio inuenta est 7. Augusti completo & horis 19.12.

Interuallum à media coniunctione ad mediam oppositionem anni 9. dies 359. horæ 1. 1.
Intercalares 3.
Syzigiæ 123 ½. anni 9. dies 362. horæ 0.41. 16.22.
Deficiunt syzigiæ horis 0.20.

901. Lunæ eclipsis facta 2. Augusti completo & horis 3.35. Aractæ, in qua inuenit Albategnius Lunæ medium locum in 19. 54. ♒. Solis medium in 16.10. ♌.
Mediæ igitur oppositionis distantia gr. 3.44. & præcessit media oppositio veram horis 7.22. factaq; fuit media oppositio 1. die Augusti completo & horis 20.13. Quod vero eclipsis hæc in 3. Augusti diem incidat, ita deducimus ex eclipsi Lunæ anno 883. In illa fuit medius locus Solis gr. 5.51. ♌. in hac 16.10. ♌. excessus huius supra illum est gr. 10. 19. quos Sol medio motu permeat diebus 10. horis 12. fere iuxta Albategnium, hoc tempore igitur adiecto ad prioris eclipsis tempus, habebimus tempus huius eclipsis Augusti 2. diem completum, & horas 8. Porro hoc tempus horam eclipsis ab Albategnio signatam superat horis 4.25. vt simpliciter intuenti videtur, sed si obseruemus vtriusq; termini habitudinem ad annum bissextilem, nimirum annum 883. proximè eum præcedere, hunc 901. autem proxime sequi, & proinde hunc præ illo dierum initia 30. circiter scrpulis primis ad Solis in ecliptica progressum, hoc est 12. circiter horis retardare, inueniemus suprascriptū tempus non superare, sed deficere horis 7. cum dimidia fere ab hora eclipsis huius per Albategnium signata. In præmissa autem 11. horarum defectione, ratione intercalationis nulla huiusmodi mutatio incidit, vtroq; termino similiter se ad bissextilem habente, vt enim 883. annus proximus est ante bissextilem, ita & 891. annus, quo fit vt ad eundem quam proxime Solis in ecliptica locum initia dierum redeant. Manet igitur ibi medius Solis motus ab Albategnio præscriptus horis 11. celerior & locum suum anteuertens nisi quantum æquatio temporis impedit quod exiguum valde est, hic vero duplo: paulo amplius: temporis spacio 7.30. tantum, vt in 10. fere annis medius Albategnij motus tribus cum dimidia horis à præcedente inæqualitate propius ad æqualitatem accesserit. Omnino itaq; videtur talem aliquam Solis motui inesse anomaliam, quæ medium quem dicimus motum æqualem siue medium esse non sinat, sed tamen per interualla ad æqualitatem redeuntem, quod tametsi præter institutum sit, volui tamen hoc conuenienti loco lectorem commonefacere, vt idem per alias ætates obseruet, si forte quod hic conijcimus esse etiam ibi deprehendat, & modum aliquem eius enormitatis inueniat.

901. Lunæ eclipsis dicta, cuius media oppositio 1. die Aug. completo & horis 20.13. Aractæ.

Interuallum anni 59. dies 287. horæ 18.47.
Intercalares 15.
Latit. medius motus gr. 179. 41. 29.
Syzigiæ 739 ½. anni 59. dies 302. horæ 21.34.
Abundant syzigiæ horis 2.47.

961. Solis eclipsis 16. calendas Iunij, hoc est 17. Maij. Sit meridie, & Aractæ hora 3. à meridie, Constantinopoli vero hor. 2. à meridie.

Interstitium anni 7. dies 218. horæ 21.
Intercalares 2.

968. So-

968. *Solis eclipsis maxima, hora 3. (ab ortu Solis) Constantinopoli, 22. Decembris. Sit hora 11. à media nocte Constantinopoli, & Gemblaci hora 9.*

Latit. motus medius gr. 3. 2.
Syzigiæ 94. anni 7. dies 220. hor. 21. 1. 32. 12.
Abundant syzigiæ horis 0. 1. 32.

Interstitium anni 64. dies 189. hor. 3.
Intercalares 16.
Latit. medius motus gr. 351. 18. 35.
Syzigiæ 798. ann. 64. dies 205. hor. 9. 58. 59. 36.
Abundant syzigiæ horis 6. 58.

1033. *Solis eclipsis 29. Iunij circa meridiem. Sigeb. apud quem male hæc eclipsis asscribitur anno 1032. sic enim syzigiæ inter hanc & præcedentem abundarent diebus 11. excessu videlicet 12. mensium solarium supra 12. menses lunares, qui non nisi 12. syzigijs ac 12. mensibus solaribus, hoc est anno addito compensantur. Et Marcus Fritschius in Prodigijs eã ponit anno 1033. 3. cal. Iulij.*

Interuallum anni 6. dies 54. hor. 4. 30.
Intercalaris 1.
Latit. motus medius gr. 182. 22. 24.
Syzigiæ 76. anni 6. dies 54. hor. 7. 48. 28. 32.
Deficiunt syzigiæ horis 20. 42.

1039. *Solis eclipsis 11. cal. Septemb. (hoc est 22. Augusti) ab hora 3. vsq; ad 6. luna vigesimaoctaua. Alberic. Medium ergo eius fuit hora 4. 30. à meridie. Male apud Albericum hæc eclipsis asscribitur anno Domini 1038. quemadmodum & sequens apud Sigebertũ anno 1039. hoc enim ostendunt & syzigiæ, tunc plurimũ exorbitantes, vt facile deprehendet qui sic disponet & supputabit. Fritschius in Prodigijs eam anno 1039. ponit.*

Interuallum dies 265. hor. 0. 30.
Intercalaris 1.
Latit. motus gr. 279. 16. 59.
Syzigiæ 9. dies 265. hor. 18. 36. 31. 48.
Deficiunt syzigiæ horis 5. 54.

1040. *Pridie Idus Maij fuit Solis eclipsis. Sigeb. Sit vespere hora 5. post meridiem, die 14. Maij. Latitudinis motus inter hanc & proximam eclipsim præcedentem cum multo sit maior quam vt eclipsi conuenire possit suspicionem parit male huius eclipsis tempus assignatũ esse, atqui in præcedentem annum transponi non posse, mox diximus, & pro: Idus Maij si substituas Idus Martij, fiet quidem latitudinis motus pro interuallo præcedente gr. 192. 7. satis conueniens eclipsi faciẽdæ, sed syzigiæ idem interuallum superabunt die 1. horis 16. 38. similiter sequentis interstitij syzigiæ deficient à iusta tẽporis quantitate diebus 3. horis 2. 10. quanta syzigiarum exorbitatio hic admitti non debet.*

Interuallum anni 41. dies 322. hor. 8.
Intercalares 10.
Syzigiæ 518. ann. 41. dies 331. hor. 20. 22. 30. 16.
Deficiunt syzigiæ horis 11. 36.

1082. *Nouilunium & prima Luna fuit 2. Aprilis. Sit eius principio hora prima post mediam noctem, & calendas Aprilis. Hic Marianus diserte dicit cyclum decemnoualem duobus diebus à veritate aberrare, & primã lunam in 4. diẽ Aprilis reijcere, quæ 2. die contingebat.*

Interstitium anni 11. dies 174. hor. 14.
Intercalares 3.
Syzigiæ 142. anni 11. dies 178. hor. 8. 16. 21. 44.
Abundant syzigiæ horis 18. 16.

1093. *Solis eclipsis 23. Septembris, die veneris, à prima vsque ad sextam. Sit medium eius hora 3. pomeridiana. In numeris 1. & 6. error est, nulla enim Solis eclipsis 5. horas durat.*

Interuallum anni 2. dies 141. hor. 7.
Syzigiæ 29. anni 2. dies 141. hor. 3. 39. 44. 14.
Deficiunt syzigiæ horis 3. 21.

1096. *Lunæ eclipsis 3. Idus Februarij (id est 11. Febr.) Sit vespere hora 10.*

Interstitium dies 176. hor. 6. 0.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 6. dies 177. hor. 4. 24. 21. 12.
Deficiunt syzigiæ horis 1. 36.

1096. *Lunæ eclipsis 7. Idus Augusti (hoc est 7. die Augusti.) Sit mane hora 4.*

Interstitium anni 20. dies 313. horæ 18.
Intercalares 5.
Syzigiæ 258. anni 20. dies 318. horæ 21. 27. 11. 36.
Abundant syzigiæ horis 3. 27.

1117. *Lunæ eclipsis 16. calendas Iulij. Sit vespere hora 10. die 16. Iunij.*

1117. *Lunæ eclipsis 16. Iunij vespere hora 10. vt dictum est.*

Interstitium dies 177. horæ 2.0.
Syzigiæ 6. dies 177. hor. 4.24.12.12.
Abundant syzigiæ horis 2.24.

1117. *Lunæ eclipsis 4. Idus Decembris (alias 3. Idus) ad mediam noctem. Sit ergo 10. Decembris finiente.*

Interstitium anni 6. dies 243. hor. 22.
Intercalares 2.
Syzigiæ 82 ½. ann. 6. dies 246. hor. 7.10.51.30.
Abundant syzigiæ horis 9.10.

1124. *Solis eclipsis 3. Idus Augusti (11. Augusti.) Sit vespere hora 10.*

Interuallum anni 8. dies 355. hor. 20.
Intercalares 2.
Syzigiæ 111. anni 8. dies 357. hor. 21.30.32.11.
Abundant syzigiæ horis 1.30.

1133. *Solis eclipsis 4. nonas Augusti, hora 7. diei. Marian. At Sigebertus habet hora 6. diei, forte diuersos meridianos respiciunt. Ponamus eam hora 6. vespere.*

Interstitium anni 5. dies 242. hor. 23.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 70. anni 5. dies 242. hor. 3.24.7.20.
Deficiunt syzigiæ die 1. horis 19.36.

1139. *Solis eclipsis magna 4. nonas Aprilis aduesperante die. Alberic. Sit vespere hora 5. Male Albericus annum 1140. recte autem Hirs. chron. 1139. ponit, quanquam forte pro 4. nonas legendum sit calend. Aprilis propter magnitudinem & æqualitatem excessuum, defectus præcedentis & abundantiæ sequentis.*

Interstitium anni 8. dies 206. hor. 22.30.
Intercalares 2.
Syzigiæ 106. anni 8. dies 210. hor. 5.5.14.32.
Abundant syzigiæ die 1. horis 6.35.

1147. *Solis eclipsis 26. Octobris die dominico à 2. hora vsque ad 5. Sigeb. Circa horam pene 4. diei. Hirsaug. Sit hora 3.30. à meridie.*

Interuallum ann. 1. dies 151. hor. 5.30.
Intercalaris 1.
Latit. medius motus gr. 2.36.30.
Syzigiæ 17 ½. ann. 1. dies 151. hor. 18.52.1.50.
Deficiunt syzigiæ horis 10.38.

1149. *Lunæ eclipsis 11. cal. Aprilis (7. cal. legendum, quod est 26. Martij) circa horam 9. noctis (vespere) sabbato ante Ramos palmarum. Sigeb. Ita legendum esse conuincunt latitudinis medius motus conueniens inter hanc & præcedentem eclipsim, pariterq; syzigiarum tempus eo tantum loco coincidentes. Est & alia praxis, qua dubia & suspecta eclipsiũ tempora limitare certo possumus, quæ talis est. A præsente anno quo eclipsim factam putamus toties 19. abijciamus, donec residuus numerus annorum intra Bedæ cyclos paschales inueniatur, & quo ibi die aßignatur Luna decimaquarta, eodem & hoc anno præsenti aßignanda est iuxta continuati cycli decemnoualis rationem, quod si quis error incidat ratione titubationis motuum, quam indagamus, is modicus est nec inquirentem fallet, non enim propius conueniunt, aut iustiore distantia separantur eclipsis assumptæ dies, & Lunæ decimæquartæ tempus in abaco paschali inuentum quam in pari annorum cycli decemnoualis numero, nisi forte multos quis annos in anteriora aut consequentia transilire volet. Sic ab hoc præsente anno 1149. si aliquoties auferamus 19. remanebunt tandem 1054. quo anno in abaco paschali Bedæ Luna decimaquarta habet diem 6 cal. Aprilis, quia igitur vterq; annus 1054. & 1149. est septimus in ordine cycli decemnoualis, vtriq; etiam idem Lunæ decimæquartæ dies competet, videlicet 6. cal. Aprilis, quod tempus vno tantum die posterius est tempore eclipsis aßignato. Cùm igitur plenilunium ex abaco Bedæ deductum proxime cum die 7. cal. Aprilis aßignato conueniat, longe autem ab 11. cal. longiusq; à 14. cal. (qui hoc anno etiam sabbati dies fuit) disiungatur, proculdubio in 7. cal. Aprilis, qui sabbati dies fuit anno 1149. prædicta eclipsis quadrare reperitur.*

1149. *Lunæ eclipsis 7. cal. Aprilis, hora 9. vespere iam dicta.*

1155. *Lunæ eclipsis 15. cal. Iulij, hora 1. noctis, (mane) Sole in posterioribus partibus ♊. existente. Sigeb. appen. Sunt autem in appendice Sigeberti hoc loco & deinceps vsque ad annum 1160. anni Domini transpositi, vt, si non omnia, multa tamen vno anno prius contigisse credantur, ostendentibus id temporis descriptionibus paßim insertis, quæ diem & feriam certos anni indices iunctos habent, quamobrem & eclipses eodem tempore signatas vno quam scribuntur anno prius factas credimus, eam autem Lunæ eclipsim quæ 11. cal. Iunij anno 1154. notata est eandem esse cum illa quæ 15. cal. Iulij, hora 1. noctis, anno 1156. inuenitur, non dubitamus, Solis enim in poste-*

Interuallum anni 6. dies 83. hor. 2.
Intercalaris 1.
Latit. medius gr. 181.10.15.
Syzigiæ 77. anni 6. dies 83. hor. 20.32.32.4.
Deficiunt syzigiæ horis 5.28.

posterioribus partibus II. locatio in priore addita etiam posteriori conuenit, dies vero II. cal. Iunij in priore huic Solis loco non competit, quinimo nec II. cal. Iulij, si quis ita castiget, at 15. cal. Iulij initio sui postrema Geminorum hac ferè ætate soli dabat, quare si hanc eclipsim, quæ 15. cal. Iulij scribitur anno 1155. contigisse ostenderimus, non potuisse illam anno 1154. in fine II. fieri obtinebimus. Vnius enim anni interuallo ad eandē eclipticæ partem redire eclipsim est impossibile, propterea quod 12. syzigiæ siue menses lunares 11. diebus ab anni integritate deficiunt, 13. vero 18. diebus superant. Quin nec latitudinis medius motus ad eclipsim idoneus fiet si quis eum ex 7. cal. April. anni 1149. in 15. Iulij anni 1154. aut II. cal. eiusdem colligat, si vero in II. cal. Iunij tantum inde deducat, fiet quidem latitudinis motus conueniens, sed syzigiæ longius exorbitabunt. Quod porro eclipsis quæ anno 1156. 15. cal. Iulij in appendice scripta est anno Domini 1155. contigerit sic ostendimus. Syzigiarum 77. quas adscripsimus interuallo quod est ab eclipsi anni 1149. ad alteram anni 1155. tempus bene (vt vides) eidem interuallo respondet, his 12. syzigias addamus fient anni Aegyptij 7. dies 73. hor. 5. 21. 14. 28. quod tempus superat interuallum iam vno anno auctum diebus 10. hor. 15. 11. itaq; non anno 1156. sed 1155. ad quem 77. syzigiæ recte terminabantur, hæc eclipsis ponenda fuit. Idem ex latitudinis motu conuincitur, qui cùm ad præcedens interuallum conueniens collectus fuerit, videlicet gr. 181. 10. 15. additione anni fiet graduum 329. 53 minor quam oportet, tametsi nō multo. Præterea iuxta praxim paulo ante descriptam annus hic 1155. in ordine cycli decemnoualis respondet anno 1060. apud Bedam, in quo ille Lunā 14. ponit 12. cal. Aprilis, à quo die ad 15. cal. Iulij 88. circiter dies numerantur, qui 3. menses lunares quam proxime continent, anno autem 1156. respondet apud Bedam annus 1061 vbi 5. Idus Aprilis Luna decimaquarta signatur, à quo die ad 15. cal. Iulij 69. circiter dies colliguntur, qui duas syzigias comprehendunt, & præterea 10. ferè dies. Cùm ergo anno 1156. 10. dies vltra integras syzigias in tempore eclipsis dato supersint, in anno vero 1155. distantia trium exacte quam proxime syzigiarū à 14. Luna Bedæ ad huius eclipsis tempus reperiatur, manifestum est anno 1155. non autem 1156. eclipsim hanc factam fuisse.

1155. Lunæ eclipsis 15. cal. Iulij mane hora 1. noctis vt dictū est.

Interstitium anni 20. dies 313. hor. 0.
Intercalares 6.
Latit. medius gr. 354. 25. 29.
Syzigiæ 258. anni 20. dies 318. horæ 21. 27. 11. 36.
Abundant syzigiæ hor. 2. 33.

1176. Lunæ eclipsis litania maiore hora 1. noctis post diē Marci Euangelistæ (hoc est 26. Aprilis mane.) Sigeb. suppl. Ponitur autem ibi annus 1175. sed male, cùm enim ad præcedens interuallum recte quadret syzigiarum 258. tempus, & congruens sit latitudinis motus interuallo respondens, nō conuenient hæc si anno 1. augeantur vel minuantur. Præterea huic anno respōdet in cyclo paschali Bedæ ann. 1062. in quo Luna decimaquarta scribitur 4. cal. Aprilis, à quo die ad 26. Aprilis sunt 28. dies, quod interuallum vnum lunarem mensem adæquat proxime, cæterum si annum addas fit Luna decimaquarta 15. cal. Maij, vnde ad 26. Aprilis 9. tantum sunt dies, quo dierum spacio oppositionem redire est impossibile. Deniq; adscripta dies litaniæ maioris annum 1175. non admittit. Recte ergo anno 1176. eclipsim hanc factam dicimus.

1176. Lunæ eclipsis 26. Aprilis mane hora prima noctis, vt dictum est.

Interuallum dies 176. hor. 21. 0.
Syzigiæ 6. dies 177. hor. 4. 24. 21. 12.
Abundant syzigiæ hor. 7. 24.

1176. Lunæ eclipsis 14. cal. Nouemb. nocte sequente, feria 3. hora noctis. Sit hora 10. vespere die 19. Octob.

Interuallum anni 2. dies 302. hor. 22. 0.
Latit. motus medius gr. 344. 49.
Syzigiæ 35. anni 2. dies 303. hor. 13. 42. 3. 40.
Abundant syzigiæ hor. 15. 42.

1179. Lunæ eclipsis 15. cal. Septemb. post 8. horam noctis dominicæ. Sit hora 8. vespere die 18. Augusti.

Interuallum dies 162. hor. 16.
Latit. motus gr. 351. 58.
Syzigiæ 5. $\frac{1}{2}$. dies 162. hor. 10. 2. 19. 26.
Deficiunt syzigiæ hor. 5. 58.

1180. Solis eclipsis 5. calend. Februarij, feria 3. (28. Ianuarij, sit meridie eiusdem.

Interuallum ann. 1. dies 165. hor. 21.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 18. ann. 1. dies 166. hor. 13. 13. 3. 36.
Deficiunt syzigiæ horis 7. 47.

1181. Solis eclipsis 3. Idus (Iulij) hora 9. diei, durauit vnam horam & 38. minuta.

Interuallum dies 162. horæ 18.
Syzigiæ 5 $\frac{1}{2}$. dies 162. hor. 10. 2. 19. 26.
Deficiunt syzigiæ hor. 8.

1181. Lunæ eclipsis II. cal. Ianuarij, feria 3. nocte sequente, hora 3. noctis. (23. Decemb. mane.

Interuallum anni 5.dies 255.hor.5.
Intercalaris I.
Syzigiæ 70½. anni 5.dies 256.hor.21.46.6.9.
Abundant syzigiæ hor.16.46.

1187. *Solis eclipsis pridie nonas Septembris, adeo magna, vt stellæ per diem visæ sunt tanquam in nocte. Sit mane hora octaua.*

Interuallum anni 3.dies 292.hor.4.
Intercalaris I.
Syzigiæ 47. anni 3.dies 292.hor.22.30.46.4.
Deficiunt syzigiæ hor.5.30.

1191. *Solis eclipsis vniuersalis in vigilia Ioannis baptistæ, dominica die, Sole in 7.♋. Luna in 16.eiusdem (iuxta medios motus) circa meridiē. Quia porro Albericus dicit caudam Draconis fuisse in 12.♋. & Lunam in 6.eiusdem, colligitur medius latitudinis motus graduum 174. proxime à nodo ascendente fuisse. Vigilia Ioan. bapt. est 23.Iunij.*

Interuallum anni 12.dies 296.hor.22.
Intercalares 4.
Latit.medius motus gr.5.29.22.
Syzigiæ 158½.an.12.dies 300.hor.14.23.20.2.
Deficiunt syzigiæ hor.7.37.

1204. *Lunæ eclipsis totalis 16.cal.Maij vespere, in nocte, Luna 12. Sit 16.Aprilis vespere hora 10.*

Interuallum anni 2.dies 317.hor.11.
Latit.medius motus gr.176.11.37.
Syzigiæ 35½.anni 2.dies 318.hor.8.4.5.26.
Abundant syzigiæ hor.21.4.

1207. *Solis eclipsis pridie cal. Martij in 16.gr.♓.hora diei 5. (9.legendum puto.) Alberic. Hirs.chr. ponit horam 10. sed male annum 1206. vt per praxim cycli paschalis Bedæ probari potest.*

Interuallum anni 9.dies 7.hor.19.
Intercalares 3.
Latit.medius motus gr.41.11.
Syzigiæ 111½.anni 9.dies 7.hor.15.52.33.58.
Deficiunt syzigiæ diebus 3.hor.3.8.
Sin vero interstitium sit ann.9.dies 8.cum intercalaribus, hor.19.quod verisimilius est, tunc deficient syzigiæ die 1.hor.3.8. & latit.motus fiet gr.14.45.qui eclipsi conueniens est.

1216. *Lunæ eclipsis totalis in Martio die Martis ante festum Gregorij, et durauit à gallicantu vsq; ad Solis ortum. Alberic. Sit mediū eius 8. Martij, hora 4.mane. Si quis existimet hanc eclipsim vno anno serius ponendā esse propter latit.motum inter hanc & præcedentem paulo maiorem æquo, addat syzigias 12.inueniet annos 9.dies 362.horas 10.41. quod tempus à vero interuallo tunc præcedente deficit dieb.13.hor.18. Si vno anno prius ponendā putet, deuiat 12.syzigias, fient anni 8.dies 18.hor.7.3.quod syzigiarum tempus superat verum interuallum dieb.7.hor.12.3. Cogit ergo hæc syzigiarum enormitas eclipsim anno huic 1216.attribuere, vbi triduo tantum deficiunt. Astipulatur eidem anno abacus Bedæ, ex quo in nonas Aprilis huius anni Luna decimaquarta cadit, vnde ad hanc eclipsim 28.sunt dies, quot proxime à plenilunio ad plenilunium intercedunt Verisimile porro est diem Martis siue ab Alberico per errorem scriptum, siue à bibliographo mendose transscriptum esse, & loco: Martis die: dominico die: legendum esse, quod nimius alioqui fiat syzigiarum discessus à quantitate interstitiorum præcedentis ac sequentis, qui nec paulatim ex præcedentibus creuit, nec sensim per sequentia eliquescit, sed subito in vno tantum interstitio natus, in altero etiam subito deponitur, contrarijs excessibus se mutuo compensantibus, qualis irregularitas à naturali motu plane aliena est.*

1216. *Lunæ eclipsis totalis, cuius mediū 8.Martij hora 4.mane, vt dictum est.*

Interstitium anni 20.dies 148.hor.14.
Intercalares 5.
Latit.medius motus gr.326.4.11.
Syzigiæ 252½.an.20.dies 156.hor.11.24.52.10.
Abundant syzigiæ diebus 2.hor.21.24.
Sin vero interstitium sit anni 20.dies 155.hor.14. comprehensis intercalaribus, vt verisimilius fit, eclipsi illa Lunæ 6.Martij posita, abundabunt syzigiæ tantū hor.21.25. & latit.motus fiet gr. 352.31.42. magis congruens eclipsi faciendæ.

1236. *Solis eclipsis 3.nonas Augusti, hora diei quasi sexta, dominico die. Alberic. (3.Augusti hora 6.vespere. Concordat huic anno praxis illa ex Bedæ paschali cyclo petita.*

Interstitium anni 5.dies 63.hor.13.30.
Intercalaris I.
Latit.medius motus gr.157.41.
Syzigiæ 64.anni 5.dies 64.hor.22.59.46.8.
Abundant syzigiæ hor.9.29.

1241. *Solis eclipsis magna pridie nonas Octobris (6.Octobris) ab hora 6.vsque ad 9.ferè. Meyer. Alber. Sit medium*

eius

eius hora 7.30.ante meridiem. **Examen ex cyclo Bedæ pe***titum eodem anno hanc reponit.*

Interuallum anni 25.dies 230.hor.21.
Intercalares 6.
Latit.medius motus gr.11.31.48.
Syzigiæ 317.ann.25.dies 236.hor.4.46.40.4.
Deficiunt syzigiæ horis 16.14.

1267. *Solis eclipsis 25. Maij in quarta (tertia) parte* II. *sub horam 3.antemeridianam. Niceph. Greg. Sit in Belgio circa ortũ Solis, hora 4.30. à media nocte. Iuxta examen per Bedæ abacum adhibitum hic annus quadrat.*

Interuallum anni 6.dies 243.hor.17.40.
Intercalares 2.
Latit.medius motus gr.183.12.27.
Syzigiæ 82 ½. anni 6.dies 246.hor.6.34.51.30.
Abundant syzigiæ horis 12.54.51.

1274. *Lunæ eclipsis 23.die Ianuarij vespere, cuius medium horis 1.50.ante mediam noctem. Vide reliqua suo loco. Annius hic examini per cyclum Bedæ adhibito quadrat.*

Interuallum anni 5.dies 78.hor.20.
Intercalaris 1.
Latit.medius motus gr 359.42.30.
Syzigiæ 64 ½. anni 5.dies 79.hor.17.21.47.54.
Deficiunt syzigiæ horis 2.39.

1279. *Solis eclipsis pridie Idus Aprilis ante Solis occasum, vt in opere suo loco annotatum est. Sit medium eius vespere hora 6.10. Quadrat annus hic examini per cyclum Bedæ facto.*

Interstitium anni 51.dies 139.hor.9.20.
Intercalares 13.
Latit.medius motus gr.170.18.
Syzigiæ 635 ½. anni 51.dies 151. horæ 16.39. 25.26.
Deficiunt syzigiæ horis 16.41.

1279. *Solis eclipsis 12. Aprilis vespere hora 6.10. vt dictum est.*

1330. *Lunæ prorsus obscurata est cal.Septembris (3.cal. scribendum.) Medium eclipsis fuit circa ortum Solis Constantinopoli. Vide Niceph.Greg.pag.174.b. Sit medium eius in Belgio hor.3.30.à media nocte. Examen per cyclũ Bedæ adhibitum eundem annum huic eclipsi competere monstrat. Quod autem 3 cal.legendum sit ostendunt enormitates syzigiarum & latitudinis. Etenim si ipsis cal.ponatur deficient præcedentis interualli syzigiæ dieb.2. hor.16.41. & colligetur eiusdem latitudinis motus gr.196.45.58 Et sequentis interualli syzigiæ abundabunt die 1. horis 5.54. Latit.motus quoq; eidem respondebit gr.281.56.*

Interstitium anni 8.dies 312.hor.8.30.
Intercalares 2.
Latit.medius motus gr.308.24.
Syzigiæ 109 ½. anni 8. dies 313. horæ 14.24. 26.54.
Deficiunt syzigiæ hor.18.6.

1339. *Solis eclipsis magna die S. Kiliani (8.Iulij) circa meridiem, durauit horas ferme duas. Hirsaug.chron.*

Interstitium anni 37.dies 8.hor.23:
Intercalares 10.
Latit medius motus gr.353.11.30.
Syzigiæ 458.anni 37.dies 20. hor.0.18.58.16.
Abundant syzigiæ die 1.hor.1.19.

1376. *Solis eclipsis 17. Iulij ante meridiem. Leouit. Fuerit hora 11. Quandoquidem credimus Leonitium eclipses suas ex historijs sumpsisse, non ex calculo, ex eo deinceps aliquot assumemus quæ nobis necessariæ erunt.*

Interstitium anni 8.dies 31.hor.5.0.
Intercalares 2.
Syzigiæ 100.anni 8.dies 33.hor.1.25.53.20.
Deficiunt syzigiæ horis 3.35.

1384. *Solis eclipsis magna 17. Augusti. Leouit. Sit à meridie hora 4.*

Interstitium anni 24.dies 240.hor.20.0.
Intercalares 6.
Syzigiæ 305. anni 24. dies 246. horæ 19.57. 57.40.
Deficiunt syzigiæ hor.0.2.

1409. *Solis eclipsis 15. Aprilis. Leouit. Sit meridie.: . . . .*

Interstitium anni 8.dies 355.hor.20.
Intercalares 2.
Syzigiæ 111.anni 8.dies 357.hor.21.30.32.12.
Abundant syzigiæ hor.1.30.

1418. *Solis eclipsis sexta Aprilis mane. Leouit. Esto hora octaua.*

1444. *Coniunctio media luminarium in Februario erat ter-*

tia feria post Iulianæ virginis festum (id est die 18. Februarij) hora 7. post prandium, 39. minuto, 28. secundo ad meridianum Coloniensem. Hæc in fine vetusti cuiusdam codicis sic ad verbum inueni. Supputata fuit haud dubie coniunctio hæc ex tabulis Alfonsi, sed minus adhuc erroneis, quia origini suæ vicinioribus.

Interstitium anni 25. dies 318. horæ 11.39.
Intercalares 6.
Syzigiæ 320. anni 25. dies 324. horæ 18.58. 50.40.
Abundant syzigiæ horis 7.19.

1448. *Solis eclipsis anno 2. Nicolai 5. PP. 29. Augusti hora diei 6. Matt. Palm. Platina. Mass. & Leouit. In Mattheo Palmerio errore scribarũ ad ann. 1449. refertur, anni enim Domini respectu annorum Nicolai suum locum anticipant.*

Interstitium anni 4. dies 191. horæ 15.21.
Intercalares 2.
Syzigiæ 56. anni 4. dies 193. hor. 17.7.17.51.
Abundant syzigiæ hora 1.46.

Interuallum anni 4. dies 104. horæ 1.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 53. anni 4. dies 105. hor. 2.55.7.16.
Abundant syzigiæ horis 1.55.

1452. *Solis eclipsis 11. Decembris. Leouit. Sit hora 12. in Belgio, & 1. hora pomeridiana Viennæ.*

Interuallum anni 4. dies 266. hor. 10.6.
Intercalaris 1.
Syzigiæ 58 ½. anni 4. dies 267. horæ 12.57. 26.42.
Abundant syzigiæ horis 2.51.

1457. *Lunæ eclipsis 3. die Decembris, cuius mediũ fuit hor. 11. 6. à meridie Viennæ. Io. de Monteregio obseruauit, ex cuius libello de Torqueto, & alijs adiunctis anno 1544. à Ioanne Montano Norimbergæ excusis, deinceps eclipses aliquot assumemus. In hac porro eclipsi ait Io. Regiom. veram oppositionem 8. minutis prius deprehensam esse quam calculus Alfonsi monstraret. Colliguntur in medio huius eclipsis ex anno 1500. hucusq; subducendo hi motus.*

Latit. medius gr. 355.56.2.54. à nodo descendente.
Inæqual. ☾ gr. 159.12.31. & medius maior vero gr. 1.56.
Solis medius motus gr. 22.16.38.12. ♍. & medius maior vero gr. 2.20. Auge Solis in gr. 0.48. ♋. data, de qua anno 1509. amplius dicemus.

Ergo.

In oppositione vera medius Lunæ locus adhuc distabat ab oppositione media gr. 0.24. & sequuta est media oppositio veram horis 0.48.

Interstitium verum anni 2. dies 302. hor. 22.8.
Intercalaris 1.
Latit. Lunæ medius motus gr. 358.7.31 34.
Inæqual. Lunæ gr. 188.10.34. illi respondent.
Solis medius gr. 299.4.12.44.
Medium interstitium anni 2. dies 303. hora 24.54.
Syzigiæ 35. anni 2. dies 303. hor. 13.42.3.40.
Deficiunt syzigiæ hor. 11.12.

1460. *Lunæ fuit eclipsis nocte quæ sequebatur diem tertium Iulij, medium eius fuit hor. 8.13. post meridiem (tertio Iulij) Viennæ, & finis horis 9.10. transactis, atq; hæc secundum computum. Obseruatio autem finem deprehendit hor. 10. 20. transactis, & eclipsari digitos 4. paulo amplius, cùm ex cõputo tantũ 2.56. debuissent. Io. Mont. Durauit ergo vere hor. 2.12. circiter, et mediũ eius fuit hor. 9.14. transactis post meridiem. Colliguntur in eo ex anno 1500. hi motus.*

Latit. medius gr. 354.3.34.27. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ gr. 347.22.4. vbi medius motus minor est vero gr. 1.1.
Solis medius gr. 21.20.50.56. ♋. vbi medius maior est vero gr. 0.47. Apogeo in 1.6. ♋. concesso.

Ergo.

Cum in oppositione vera medius Lunæ locus abfuerit adhuc ab oppositione media gr. 1.48. sequuta est media oppositio veram horis 3.34.

Interstitium dies 177. horæ 4.12.
Latit. Lunæ medius gr. 183.55.4.26.
Inæqual. Lunæ gr. 154.47.17.58.
Solis medius motus gr. 174.37.47.43.
Medium interstitium dies 176. hor. 16.55.
Syzigiæ 6. dies 177. hor. 4.24.21.12.
Abundant syzigiæ horis 11.29.

1460. *Lunæ eclipsis vniuersalis 27. Decembris, initiũ eius fuit hor. 11.42. à meridie transactis, principiũ moræ hor. 0.47. post medium noctis, finis moræ hor. 1.55. transactis. Mellici in Austria. Io. Reg. Medium ergo eclipsis & vera oppositio fuit transactis 27. Decembris, & hor. à media nocte 1. 21. Mellici. Viennæ autem hor. 1.26. à media nocte trans-*

actis,

actis, initio videlicet diei 28. Decembris. Colliguntur ex anno 1500. hactenus subducendo hi motus.

Latitudinis Lunæ medius gr. 177.58.38.53. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ medius gr. 142.9.22. & med. maior vero gr. 3.18.
Solis medius gr. 15.58.38.40. ♓. vbi medius minor vero gr. 0 37.
Apogeo in 1. 6. ♋. posito.
Ergo.
Cum medius Lunæ locus oppositionem mediam transierit gr. 3.55. præcessit media oppositio veram horis 7.43.

1460. Lunæ eclipsis, cuius medium fuit Decembris 27. completo & horis 1. 26. Viennæ, vt dictum est.

Interstitium verū dies 176. hor. 23.54.
Latit. medius motus gr. 181.32.24.
Inæqual. Lunæ gr. 152.26.52.
Solis medius gr. 174.27.11.59.
Medium interstitiū dies 177. horæ 17.3.
Syzigiæ 6. dies 177. hor. 4.24.21.12
Deficiunt syzigiæ horis 12.39.

1461. Lunæ eclipsis vniuersalis, cuius medium & vera oppositio fuit 22. Iulij completo & hor. 1.21. Viennæ Austriæ. post mediū noctis videlicet horis 1.21. Hic vera oppositio 1. tantum minuto serius obseruata est quam calculus Alfonsi eam exhiberet. Io. Reg. Viterbij fuit medium eius post medium noctis horis 1.4. Colliguntur in eo ex anno 1500. subducendo hucusq; hi motus.

Latit. medius gr. 359.31.2.53. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ gr. 294.36.14. Medius minor vero gr. 4.26.
Solis medius gr. 10.25.50.39. ♋. Medius maior vero gr. 0.21. Apogeo Solis in gr. 1.12. ♋. constituto.
Ergo.
Cum medius Lunæ locus distiterit ab oppositione media gr. 4. 47. sequuta fuit media oppositio veram horis 9.26.

Interstitiū verum dies 354. hor. 1.44.
Latit. motus gr. 4.8.44.31.
Inæqual. Lunæ gr. 338.3.56.
Solis medius gr. 348.59.9.49.
Medium interstitiū dies 354. horæ 1.56.
Syzigiæ 12. dies 354. horæ 8.48.42.24.
Abundant syzigiæ hor. 6.52.

1461. Lunæ fuit eclipsis initio noctis diem 17. Decembris sequentis, cuius finis fuit horis 5.23. à meridie Romæ, vt obseruauit Io. Reg. cum Alfonsi tabulæ eundem hora 1. 2. serius exhibeant, Octo tantum digitos in Luna Oriente eclipsari vidit, cum Alfonsinus calculus in vera oppositione colligat 10. Excessus digitorum per Alfonsinum computum collectorum finem eclipsis ad horam 1.2. vltra obseruationem extendere non potest, vt medium eclipsis vere calculo Alfonsino respōdeat, sic enim tota eclipsis 5. & amplius horis durasset, cum 8. digiti, trium tantum horarum proxime obscurationem efficiant, Quare necesse est Alfonsinum calculum hoc tempore in medio motu distantiæ multum aberrare, & cælesti motui inæqualitatem nō animaduersam inesse.

1462. Lunæ fuit eclipsis, cuius medium per coniecturam sumptū erat 11. Iunij completo & hor. 2.48. Viterbij. Io. Reg. obseruauit. Addit Alfonsinum calculum minutis 27. serius oppositionem colligere. Minus igitur hoc loco ille à veritate aberrat quam in præcedente eclipsi. Vidit etiam 7. digitos ferè diametri eclipsari, cum Alfonsi computus reddat 6.34. Norimbergæ fuit eius medium 11. Iunij completo & horis 2.39. Colliguntur in eo ex anno 1500. subductione hi motus.

Latit. Lunæ medius gr. 3.39.47.24. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ gr. 272.40.10. Medius minor vero gr. 4.57.
Solis medius gr. 29.25.0.28. ♊. Medius minor vero gr. 0.4. Auge Solis in gr. 1.18. ♋. concessa.
Ergo.
Cum medius Lunæ locus adhuc à media oppositione abfuerit gr. 4.53. sequuta est media oppositio veram horis 9.38.

Interstitium verū anni 16. dies 47. horæ 11.14.
Intercalares 4.
Latitudinis Lunæ motus gr. 180. 18.50.42.
Inæqual. Lunæ gr. 291.55.45.
Solis medius gr. 46.50.19.29.
Medium interstitiū ann. 16. dies 51. hor. 9.14.
Syzigiæ 199½. anni 16. dies 51. horæ 8.29.44.54.
Deficiunt syzigiæ hor. 0.44.

1478. Solis eclipsis fuit 29. Iulij, cæpit hora 1. post meridiem proxime completa, & finijt hor. 2.47. elapsis proxime, vt obseruauit Bern. Vualtherus Norimbergæ. Medium ergo eius hora 1.53. post meridiem

Norimbergæ, in quo hi colliguntur motus.

Latit. Lunæ medius gr. 183.58.38.6. à nodo descendente.
Inæqualit. Lunæ gr. 204.35.55. Medius minor vero gr. 2.18.
Solis medius gr. 16.15.19.57. ♌. Medius maior vero gr. 1.34
auge Solis in 2.35. ♋. data.

Ergo.

Medio Lunæ gr. 3.52. adhuc distante à medio Solis, sequuta est media coniunctio veram horis 7.38.

Interstitium verum anni 6. dies 230. horæ 2.34.
Intercalares 2.
Latit. medius motus gr. 5.54.10.29.
Inæqualitatis gr. 324.47.8.
Solis medius gr. 227.18.50.33.
Medium interstitium anni 6. dies 231. horæ 12.14.
Syzigiæ 82. anni 6. dies 231. horæ 12.12.49.44.
Deficiunt syzigiæ hor. 0.2.

1485. Solis eclipsis 16. Martij, cuius principiū Norimbergæ post meridiem hor. 3. & minutis 26. finis hor. 5.28. et circa 11. puncta obscurabantur. Bern. Vualterus. Medium igitur illius hor. 4.27. à meridie Norimbergæ. Colliguntur in eo hi motus subducendo ex anno 1500.

Latit. Lunæ medius gr. 189.52.48.35. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ gr. 169.23.3. Medius maior vero gr. 1.1.
Solis medius gr. 3.34.10.30. ♈. Medius minor vero gr. 2.23.
Apogeo Solis in 3.37. ♋. constituto.

Ergo.

Cum medius Lunæ locus præterierit medium Solis gr. 3.24. præcessit media coniunctio veram horis 6.42.

Interstitium verum anni 8. dies 207. horæ 22.30.
Intercalares 2.
Latitudinis Lunæ gr. 7.2.30.25.
Inæqualit. Lunæ gr. 212.34.47.
Solis medius gr. 204.58.36.30.
Mediū interstitium anni 8. dies 210. horæ 6.12.
Syzigiæ 106. anni 8. dies 210. hor. 5.50.14.32.
Deficiunt syzigiæ hor. 0.22.

1493. Solis eclipsis 10. Octobris, cuius principium inter 1. & 2. horas post meridiem, principio mediocriter accepto, finis hor. 4.24. Norimbergæ. Bernardus Vualtherus. Medium ergo hora circiter 2.57. post meridiem Norimbergæ. & Cracouiæ hor. 3.35. Colliguntur in eo hi motus.

Latitudinis Lunæ medius gr. 196.55.19. à nodo descendente.
Inæqualitatis Lunæ motus gr. 21.57.50. & medius maior vero gr. 1.43.
Solis medius gr. 28.32.47. ♎. & medius maior vero gr. 2.13.
Apogeo Solis in gr. 4.28. ♋. constituto.

Ergo.

Cum in coniunctione vera medius Lunæ locus adhuc gr. 0.30. distiterit à medio Solis, sequuta est media coniunctio verā hora 1.

Interstitiū verū anni 7. dies 26. hor. 10.45.
Intercalares 2.
Latit. medius gr. 337.20.41.
Inæqual. Lunæ gr. 272.42.10.
Solis medius gr. 26.20.13.
Medium interstitium anni 7. dies 28. horæ 21.54.
Syzigiæ 87 ½. anni 7. dies 28. horæ 22.15.9.10.
Abundant syzigiæ hor. 0.21.

1500. Lunæ eclipsis, cuius mediū Romæ 6. Nouēb. mane hor. 2. post mediam noctē. Cracouiæ aūt hor. 2.20. Defecerunt à borea digiti 10. Nicol. Copern. obseruauit et in eo demōstrauit hos motus.

Latitudinis Lunæ medium gr. 174.16. à nodo descendente.
Inæqual. Lunæ motū gr. 294.40. vbi medius minor vero gr. 4.28.
Solis verus locus gr. 23.11. ♏.

Hæc ille lib. 4. cap. 14. Quia igitur apogeo Solis iuxta Copernicum in gr. 6. ♋. constituto, Soli in ea parte excentrici sui versanti æquatio gr. 1.42. competit, iuxta Ptolomei computū, qua medius motus maior est vero, erat in oppositione vera medius motus Solis gr. 24.53. ♏. & restabat distantia media luminarium gr. 6.10. ideoq; media oppositio sequuta est veram horis 12.9.

1500. Lunæ eclipsis 6. Nouembris mane horis 2.20. post mediam noctem Cracouiæ, vt dictum est.

1504. 1. Martij mane obseruauit Bern. Vualterus Norimbergæ finem eclipsis Lunæ hor. 3.6.40. post mediam noctē, cum Alfonsi calculus det hor. 3.22. serius nimirum finem constituens minutis 16.

Interstitiū verū an. 8. dies 208. hor. 21.16
Intercalares 2.
Latit. medius gr. 19.35.28.40.
Inæqualitatis gr. 225.7.0.
Solis medius gr. 205.54.42.
Medium interstitium ann. 8. dies 210. horæ 4.28.
Syzigiæ 106. anni 8. dies 210. horæ 5.50.14.32.
Abundant syzigiæ horis 1.22.

1509. Lunæ eclipsis 2. Iunij, cuius mediū erat post meridiem horis æquinoctialibus 11.36. Cracouiæ. Defecerunt digiti proxime 8. lunaris diametri à parte austrina circa scandentem sectionem.

Latitudinis Lunæ medius gr. 182.18. à nodo descendente.
Inæqual. ☾. motus erat gr. 159.55. et medius maior vero gr. 1.44.

Solis

Solis locus verus gr.21.♊. *Apogeum eius in gr.6.40.♋.*

Hanc eclipsim obseruauit Copernicus, & hos motus exinde demonstrauit, è quibus similes motus in sequentes eclipses secundum Ptolomei tabulas colligimus, quemadmodum ex eius motibus anno 1500. adscriptis in praecedentes eclipses medios motus colligimus, vt vna vbiq; mensura interstitijs mensurandis adhibeatur. Maluimus autem in his duobus annis obseruatos Copernici motus ponere, quam longo interuallo è superioribus iuxta Ptolomei tabulas deducere, quo vsitata hactenus aequalium motuum mensura verae hypothesi innixa, quā posset minimum ab obseruatis coniunctionum momentis deuiaret, atq; ita apertius penitiusq́ caelestium motuum cum dictae mensurae aequalitate disparitatem & inconstantiam perspiceremus. Apogei solaris quoq; locū, quia nunc multum à Ptolomei assignatione recessit, & aequationes in consequentia transtulit, hic ex Copernici sententia posuimus, ne nimis mutata aequatio motibus Ptolomei erroris aliquid allinat, cuius sua natura participes non sunt, Et cum ab Arzachele anno Domini 1073. inuenta fuerit aux Solis in 17.50.♊. nos eā pro temporis ratione & habitudine ad hunc Copernici apogei locum in singulis praecedentibus sequentibusq́ eclipsibus (quae quidem à doctis obseruatae sunt) vtcunq; inclinauimus, si non omnino ad rei veritatem, quam incognitam credimus, sic tamen vt error inde nostrae speculationi noxius nullus admittatur, quum exiles admodum errores, & paucorum minutorum dispendium omnino curanda non sint. Apogeo sic vt dixi hic constituto nascitur ex Ptolomei praescripto aequatio graduum 0.37. qua medius motus Solis minor est vero, vt fiat medius Solis motus in huius eclipsis medio gr.20.23.♊. & media distantia gr.2.21. qua Luna Solem superauit. ideoque praecessit media oppositio veram horis 4.38.

1509. Lunae eclipsis, cuius medium fuit hor.11.36. à meridie secundae diei Iunij Cracouiae, vt dictum est.

Interstitium verum anni 2. dies 126. hor.0.59.
Latit. Lunae medius gr.164.51.59.20.
Inaequal. gr.24.9.38.15.
Interuallum mediū ann.2. dies 126. hor.9.57.
Syzigiae 29. anni 2. dies 126. hor.9.17.42.28.
Deficiunt syzigiae hor.0.40.

1511. Lunae eclipsis vniuersalis, cuius medium fuit Frueburgi ad ostia Vistulae, (similiter Cracouiae) 6. die Octobris transacto & hor.0.35. Sole medio motu in 24.13.♎. vero autē in 22.25. existente, defecit tota. Coper. lib.4. cap.5. Reliqui motus ex praecedente collecti sic se habent.
Latit. Lunae med. gr.347.9.59.20. à nodo descendente.
Inaequal. ☾. gr.184.4.38.15. Med. minor vero gr.0.24.
Solis medius iuxta Coper. maior vero gr.1.48.
Ergo.
Medius Lunae locus adhuc distabat ab oppositione media gr.2.12. & sequuta est media oppositio veram hor.4.20.

Interstitium verum anni 10. dies 334. hor.0.45.
Intercalares 3.
Latit. Lunae medius gr.185.50.28.43.
Medium interstitium anni 10. dies 336. horae 14.36.
Syzigiae 135. ann.10. dies 336. hor.15.7.57.0.
Abundant syzigiae hor.0.31.

1522. Lunae eclipsis, cuius medium fuit elapsis 5. diebus Septembris, & hora 1.20. post medium noctis Frueburgi, Sole vero motu in gr.22.12.♍. medio autē 23.49. Lunae motus à Sole medius erat gr.182.50. Anomaliae siue inaequalitatis Lunae motus gr.74.27. Tota defecit. Copern. lib.4. cap.5. & 6.
Vnde medius Lunae motus maior vero colligitur gr.4.27.
Et Solis medius maior vero gr.1.37.
Latitudinis medius colligitur additione pro ratione interstitij ad praecedentis eclipsis latitudinem graduū 173.28.3. à nodo descendente.
Igitur.
Cùm in oppositione vera medius Lunae locus praeterierit oppositionem mediam gr.2.50. praecessit media oppositio veram horis 5.35.

Interstitium verum anni 21. dies 140. hor.8.40.
Intercalares 5.
Latit. medius gr.336.0.30.48.
Inaequalitatis Lunae gr.162.14.2.32.
Solis medius gr.138.10.2.47.
Medium interstitium anni 21. dies 145. horae 20.17.
Syzigiae 164 ½. anni 21. dies 145. hor.20.13.34.34.
Deficiunt syzigiae hor.0.4.

1544. Solis eclipsis fuit 24. Ianuarij, cuius medium fuit Louanij hor.8.53. antemeridiana. Defecerunt digiti 10. in parte inferiore, cum communes tabulae superiorem designent. Gemma Frisius in Radio astronomico. Frueburgi vero fuit hora antemeridiana 10.0.
Latit. Lunae med. colligitur ex precedentib. gr.149.0.58.
Et inaequalitatis Lunae gr.236.41.2.32. Medius minor vero gr.4.23.
Et Solis med. ex praecedente ecl. gr.11.59.2.47.♒. Apogeo

Interstitium verum anni 16. dies 209. hor.3.4.
Intercalares 5.
Latit. Lunae medius gr.172.10.52.53.

autem

autem in gr.9.30.♋. dato fit medius locus Solis minor vero gr.1.19.
Ergo.
In coniunctione vera restabat adhuc distantia media gr.3.4. & sequuta est media couiunctio veram hor.6.2.

Inæqualit. Lunæ gr.257.4.32.19.
Solis medius gr.207.9.42.53.
Interstitium medium anni 16. dies 213. horæ 17.23.
Syzigiæ 205. anni 16. dies 213. hor.18.32.4.20.
Abundant syzigiæ hor.1.9.

1560. Solis eclipsis, cuius initium fuit 21. Augusti, hor.0.52. post meridiem, finis hor.2.15. Viennæ Austriæ. Obseruauit Tilemannus Stella.
Medium ergo fuit hora 1.33. à meridie Viennæ. Louanij autem hora 11.57. antemeridiana.
Latitudinis Lunæ medius motus gr.321.11.51.44.
Inæqualitatis Lunæ motus gr. 133.45.34.51. & medius maior vero gr.3.50.
Solis medius gr.9.8.45.40.♍. apogeo in gr.11.♋. posito fit medius maior vero gr.1.59.
Ergo.
Medius Lunæ locus transierat mediũ Solis gr.1.51. & præcessit media coniunctio veram hor.3.39.

Interstitium verũ anni 6. dies 230. hor.22.54.
Intercalaris 1.
Latit. Lunæ gr.0.52.54.22.
Inæqual. Lunæ gr.322.47.22.48.
Solis medius gr.227.9.48.28.
Medium interstitium anni 6. dies 231. horæ 12.12.
Syzigiæ 82. anni 6. dies 231. hor.12.12.
Aequant syzigiæ interstitium medium.

1567. Solis fuit eclipsis 9. Aprilis, cuius initiũ fuit hora 10.25. antemeridiana, & finis hora 1.0. post meridiem. Ita nos Duysburgi in Cliuia exacte obseruauimus. Medium ergo fuit hora 11.42. antemeridiana Duysburgi. Viennæ autem post meridiem hor.0.27.
Latit. medius gr.322.4.46.6. Inæqual. Lunæ gr.96.32.57.39. Medius motus maior vero gr.5.1.
Solis medius gr.26.22.44.16.♈. Apogeo autem Solis in gr.11.40.♋. constituto fit medius Solis motus minor vero gr.2.16.
Excessit ergo medius Lunæ locus Solis medium locum gr.7.17. et præcessit media coniunctio verã hor.14.21.

Postquam nunc eclipsium interualla omnia vna communi mensura dimensi sumus, & quantũ vnumquodq; vel illam superet, vel ab ea superetur, per syzigiarum defectum atq; abundantiam indicauerimus, insuper & argumenta paßim occurrentia aperuerimus, non difficile erit cuiq; eam quam docere intendimus menstrui motus inæqualitatem & inconstantiam obseruare, & quidem in illis eclipsibus quæ ab eruditis viris obseruatæ sunt, quales sunt illæ Ptolomei ab anno 28. vsq; ad 882. Nabonassari, & illæ ab anno Domini 1457. deinceps, perspicue talis inconstantia demonstrata, & oculis obiecta patet, cùm enim medias oppositiones in illis disquisiuerimus, quarum interualla medius distantiæ Solis et Lunæ motus vnus idemq; per omnia iuxta omnium astrologorum sententiam emetiri deberet, tamen rarißime id fieri videmus, sed vel deficere syzigias à quantitate interuallorum, & cælestem motum tardiorem fieri, vel abundare illas atq; hunc accelerari. Aequationem temporis fortè aliquis queratur à nobis non esse adhibitam, at quid obsecro potest illa ad tot horarum quot vides inæqualitatem tollendam? 40. horæ vnius minuta efficere illa non valet, cum cælestis motus aliquando 6.7.11. ac 12. quoq; horis mensuram anteuertat aut sequatur. Si apogei solaris locum acu non attigerimus vbiq;, nihil hoc erroris inferre potest, cum vno gradu transpositum nondum trium minutorum æquationem reddat, idq; proxime se ac perigeum, vbi æquationes maximè crescunt ac decrescunt, & circa medias longitudines insensibilis pene fit error. Secundam Lunæ inæqualitatem etiam ipse Ptolomeus in eclipsibus contemnendam, quod ibi quam proxime euanesceret, pronuntiauit. At vero si de apogeo certa aliqua regula extaret, & adminicula omnia adhiberentur, non mihi persuadeo vnius horæ æquationem medijs interstitijs, quæ posuimus, vel addendam vel auferendam extorqueri posse, proinde sufficienter inconstantiam cælestis motus, quam quærimus, in obseruatis eclipsibus à nobis demonstratam, & oculis subiectam vides. Porro cum maiorem adhuc medij motus inconstantiam quæramus, quæ mediæ oppositioni tempore paßionis Christi rectè constituendæ sufficiat, maiorem multo eiusdem motus inæqualitatẽ inter eclipses reliquas proferemus, eas primum obseruationes aßumendo quæ exactiores sunt, & magno inter se temporis spacio distant, quo infallibilis sit collectio, & qualis quantaq; in toto annorum numero supersit inæqualitas conspicuum fiat, deinde per hæc magna interualla maiores quasq; inæqualitates disquiremus & examinabimus, vt earum modus aliquis & incrementum decrementumq́; denudetur. Tria igitur magna interualla, quæ sunt ab obseruatione anno Domini 135. ad 664. à 664. ad 883. & hinc ad 1367. primum expendemus, quorum dispositio & ad vsitatam mensuram collatio sic se habet.

135. Domini anno fuit mèdia oppositio Octob.19. completo & hor.17.33. Alexandriæ.

Interuallũ medium ann. Aegyptij 528. dies 327. comprehensis intercalaribus. & hor.8.24.
Syzigiæ quot singulatim per interstitia colliguntur sunt

664. Media coniunctio fuit Maij 1. completo & horis 13.15. in Anglia. Alexandriæ autem 1. Maij completo & horis 15.57.

sunt 6537. $\frac{1}{2}$. quæ faciunt annos 528. dies 336. horas 6.34.59.10.
Abundant syzigiæ diebus 8. horis 22.11.

Interuallum medium anni 219. dies 135. comprehensis intercalaribus, horæ 21.40.
Syzigiæ 2711. $\frac{1}{2}$. quot nimirum singulatim colliguntur, quibus respondent anni 219. dies 137. hor. 5.5.40.38.
Abundant syzigiæ die 1. horis 8.25.

883. Media oppositio fuit 22. Iulij completo & horis 14.17. Aractæ. Alexandriæ vero horis 13.37.

Interuallum medium anni 684. dies 65. comprehensis intercalaribus, hor. 10.2.
Syzigiæ, quot colliguntur, 8456. $\frac{1}{2}$. annos faciunt 684. dies 65. horas 11.43.59.38.
Abundant syzigiæ hora 1.41.

1567. Media coniunctio fuit 7. Aprilis completo, & horis 21.21. Louanij, Alexandriæ vero horis 23.39.

Ex hac interuallorum cum synodica mensura collatione conspicuũ fit toto eo interuallo, quod est ab anno 135. ad 1567. mensuram maiorem fuisse motu cælesti, eamq; in primo interstitio maxime interluniorum tempus excessisse in secundo multum à fastigio inæqualitatis discessisse, & in tertio proximæ æqualitati restitutam esse, vti etian in fine eiusdem aliquam multis annis interstitium mensuræ vsitatæ respondet. Fuit ergo medius motus distantiæ in primo interuallo alicubi celerrimus, & multum Ptolomei mensuram anteuertens, in secundo remisso feruore moderatior, & propius ad mensuræ æqualitatem accedens, in tertio tandem ad æqualitatem reuersus est. Obseruandum est autem abundantiam quæ vnicuique trium prædictorum interuallorum accidit non æquali proportione continuè per annorum decursum distributam esse, sed mixtim intercurrentibus defectibus ex minore quantitate paulatim in maximam ascendere, & motum celerrimum exhibere, inde similiter relabi et summam tarditatem motus defectus incremento ostendere, rursumq; hinc assurgere, & periodum repetere. Cæterum quibusnam ferè locis abundantiæ fastigium & maxima motus celeritas constituenda sit in his tribus interstitijs, nunc vtcunq; possumus inquiramus.

Collegimus in primo interuallo mensuræ supra motum abundantiam dierum 8. horarum 22. quæ abundantia cum ex partium ipsi mensuræ æqualium subductione residua sit, necesse est vt si quæ partes mensura minores existant hæ cum alijs tantundem maioribus subtrahantur, quo iusta fiat dimensio, & æquale ipsi mensuræ quoties oportet replicatæ à toto abscindatur, quamobrem cùm ab anno 403. ad 664. spacio 261. annorum defectus vbiq; interstitijs asscribatur, & ille in anno 403. testimonio Innocentij Papæ biduo præterea augeatur, nec pro nostra ibi primæ Lunæ positione, salua illius sententia, possit minus, necessarium est tantum abundantiæ vltra dies illos 8. & horas 22. huic interuallo inesse, quantum collecto defectui æquetur, & cum illo subducatur, cùm ergo collectus defectus ab anno 403. vsq; ad mediam coniunctionem anni 664. euadat in dies 3. horas 17.28. oportet tantundem abundantiæ priori addere, & dierum 12. horarum 15. abundantiam in toto interuallo admittere, quod si supra annum 403. alios præterea defectus cælum dederit, sed deficientibus obseruationibus ignotos, maior foret habenda abundantia, verum de non apparentibus nihil statuimus. Iam si sic aucta abundantia temporis continuitatem, donec se expleret occupauit, necesse est summum abundantiæ incrementum & stationem celeritatis post annum 347. constituere, ante ipsum etenim 4. dies, & horæ 6. tantum, hoc est minus dimidio abundantiæ colligitur, vt è summa restet maior pars nempe dies 8. horæ 9. quorum abundantia sequenti tempore admittenda venit. Sin vero abundantiæ illæ collectis defectibus respondentes à diebus illis 8. separentur, non possunt nisi intercurrente altero defectu qualicunque separari, vt rursus 8. dierum abundantiæ aliquid incrementi accedat, ac post annum 347. nihilominus statio celeritatis quærenda sit, nam breuius est interuallum annorum 347. 403. quam vt tantam seorsim admittat abundantiam, quæ tridui sequentem defectum pariterq; illum quo à quatridui abundantia seiungitur elidat, celo nunquam alias tam magnam subitaneamq; alterationem subeunte. At vero quousque post annum 347. procurrat accelerationis statio, in tanta huius temporis obseruationum penuria definiri non potest, si constaret à quonam tempore abundantia illa maxima initium sumeret, posset vtique statio eius determinari, at 212. annorum spacium obseruationibus carens hoc medium denegauit, veruntamen existimamus non omnino longe à vero nos aberraturos, si pro ratione 8. dierum horarum 9. ad 4. dies, horas 6. annis 56. aptemus 28. quibus ante annum 347. abundare syzigiæ incipiant, aut quia tardiora sunt prima incrementa medijs, 40. annos sumamus, nec male hoc initium cum præcedentium interuallorum alterationibus conueniet. Cùm enim interuallo annorum 840. 872. adscriptus defectus ad annum 882. proxime euanescat, ad 42. nimirum horæ minuta, & adhibita temporis æquatione ad 38. ex hor. 2.28. redacta, non dubiũ est quin alia sequatur abundantia maior præcedentibus, et ad maximã illam 12. dierũ præparatoria, atq; ex consequẽti nouus rursum defectus vtramq; abundantiã diuidẽs, vti perpetuo ex hoc in illam,

illam, ex illa vicißim in hunc alteratio facta deprehenditur, nam & longius est tempus annorum 212. quam vt totum 4. dierum abundantia occupetur, & admissa altera abundantia succedentem sibi defectum postulat, Quadrat etiam tempus hisce duabus alterationibus concessum, subductis enim ex 212. annis 40. pro maximæ illius abundantiæ initio, residui sunt anni 172. abundantiæ defectuiq; præcedentibus aptißime cōuenientes, multo enim minore annorum periodo defectus abundantiaq; circa annos 792. 840. terminati sunt, vt postea ostendemus, minore multo sane ideo ibi quam hic, quod hic multo maior alterationum intensio quam ibi requiratur, quippe in gradu ad maximum illum qui in toto obseruationum ordine reperitur æstum proximo, ideoq; longiore temporis progressu opus habente. Constitutis ita verisimiliter terminis maximæ huius abundantiæ erit eius medium & summum abundantiæ celeritatisq; culmen ac statio anno 355.

In secundo interuallo collegimus abundantiam diei 1. horarum 8. Sunt autem duo in eo loca quæ de magnitudine abundantiæ certare videntur, etsi enim inter annos 664. 683. maximus abundantiæ numerus se offerat, quia tamen abundantia diei 1. horarum 21. 3. ex anno 812. in annum 818. spacio 6. tantum annorum colligitur, apparet multo ibi celerior motus esse quam priore loco vbi duo tantum dies in annis 18. redundant, cùm iuxta alterius loci rationem dies 5. horæ 13. deberent, verum nos primum & præcipue qualis quantaq; differentia inter synodicum motum cæli & Ptolomei mensuram sit quærimus, postea quanto tempore ea differentia conficiatur, proinde prior nobis ille habetur locus qui maiorē continet cælestis motus à Ptolomei calculo recessum. Porro cum abundantiam illam vnius diei horarum 21. vtrinq; satis magni, & mediorum congressuum à veris distantia non eluibiles defectus circumstent, ijq; in breue quisq; tempus incidentes non potuit his se longius immiscere abundantia illa media, vt iustæ aliquid magnitudinis in ipsis occultatum haberet, at contra bidui illa abundantia cùm ex vno latere exiguum habeat sequentem defectum, vtrinque autem magnum defectibus annorum interstitium adscriptum, non dubium est quin in vtrunq; interuallum sese insinuet, quo modo enim præcedens interuallum annorum 98. tantum 18. horarum defectum proferret, nisi admixtam haberet abundantiam quam defectus coincidens magnitudine sua vixdum superarit, vt paucas tantum horas residuas fecerit? nusquam enim hactenus cælum quieuit ab ea quam diximus in abundantiam, & defectum alternata periodo, sed durat adhuc vis æstus illius maximi anni 355. & quemadmodum longis vorticibus paulatim altius se extulit, ita sensim quoque declinat ac deficit. Similiter sequens defectus horarum 10. quomodo solus 81. annos occupet, nisi irregularißimam & sine omni lege confusam cælorum motionem statuamus? eam enim esse necesse foret, si tam paucis annis, 18. inquam, in tantam celeritatem cælum prorueret, & subito sedatum per tot annos, 81. inquam, æqualiter ferretur. Rationi itaq; consonum est, vtriq; interstitio præcedenti ac sequenti se hanc abundantiam quam tractamus immiscuisse, & in priore quidem paulo post medium eius cæpisse, propterea quod paucarum horarum defectus residuus æquales proxime defectus, & abundantias intercessisse arguit, in posteriore quoq; eadem ratione circa medium eius vel paulo prius desijsse, vt plurium dierum abundantiam exhibiturum fuisse Ptolomei calculum credamus, si in huius continuatæ abundantiæ terminis eclipses duæ obseruatæ & scriptæ extitissent. Omne igitur tempus huius abundantiæ anni circiter 100. sunt, quorum dimidium in annum proxime 669. incidit, in quo statio fuit celeritatis cælestis & abundantiæ summum. Videamus nunc alterum locum inter annos 812. 817. si forte illic abundantia verè tanta fuerit quanta scribitur, an vero differentia mediorum congressuum à veris eam minuerit, quæremus inæqualitatē Lunæ in vtroq; anno eamq; ex Albategnij obseruatione anno 883. facta in priorem subducendo colligemus, & in posteriorem addendo prioris inæqualitati quantum interuallum postulat, inde more solito petemus mediorum locorum Solis & Lunæ ad inuicem positiones, & ex his medium interstitium, vt vera abundantia elucescat. Est autem ea deductio talis.

883. media oppositio Aractæ 22. Iulij completo & horis 14.17. Prumiæ autem horis 11.17. Inæqualitatis Lunæ motus tum erat, vt colligitur detractione ex vera oppositione, gr. 89.53.18.	Interstitium anni 71. dies 68. hor. 21.17. Intercalares 17. Inæqualitatis Lunæ gr. 221.8.25.
812. Solis eclipsis 15. Maij hora 2. post meridiem Prumiæ. Inæqualitatis Lunæ motus subductione collectus est gr. 228.44.53. Medius Lunæ motus minor vero gr. 4.0. Solis in gr. 4.11. medius vero minor est gr. 0.40. Apogeo in 21.11. posito, quia Albategnius in 22.17. posuit. Ergo. Media distantia restabat gr. 3.20. & sequuta est media coniunctio veram horis 6.34. 817. Lunæ eclipsis 5. Februarij mane hora 2. Inæquali-	Interstitium anni 4. dies 265. hor. 12. Intercalaris 1. Inæqualitatis Lunæ gr. 236.41.34. Medium interstitium anni 4. dies 265. hor. 15.21. Syzigiæ annos faciebant 4. dies 267. hor. 12.57. Abundant ergo syzigiæ die 1. horis 21.36.

ttis

tatis Lunæ motus gr.105.26. Medius maior vero gr.4.56.
Solis in 27.♒. Medius motus minor est vero gr.2.13.

Ergo.

Præterierat oppositio media gr.7.9. hoc est horis 14.5.

Videmus nunc abundantiam hanc diei 1.horarum 0.57. nō minorem in veritate fuisse, sed maiorem multo, quare necesse est medium motum distantiæ valde hic intensum fuisse, cùm 4. annorum spacio tam longe mensuram Ptolomei post se relinquat, nusquam certè nec in multo maioribus abundantijs, nec in minoribus tantam motus accelerationem deprehendimus, nisi inter annos 1461. 1462. vbi æqualis ferè concitatio existit. Apparet ex intensionis inæqualitate diuersos esse incognitæ inæqualitatis motus in Luna & Sole, qui dum concurrunt celeritatem tarditatemùe augeant, dum segregantur longas incrementi & decrementi periodos faciant. Medium iam examinatæ abundantiæ, & celeritatis fastigium in annum 815. quam proxime quadrat.

Tertio interuallo magno cum modica residua fuerit abundantia, nempe hor.1.41. non videntur vspiam magni excessus latere, apparent quidem aliquando mediocris abundantiæ vestigia, sed quæ mediarum coniunctionum à veris differentia forte eliquescunt, examinabimus aliquot loca quæ præ cæteris magis abundantiæ obnoxia videbuntur. Primum inter annos 1082. 1093. scripta est notabilis abundantia quæ num verè tanta sit experiamur.

883. Iulij 23. horis 8. post meridiem eiusdem, Aracta fuit,
Inæqualitatis Lunæ motus gr.93.

Interstitium anni 210. dies 65. hor.21.50.
Intercalares 53.
Inæqualit. Lunæ gr.24.29.22.

1093. Solis eclipsis fuit, cuius medium 27. Septemb. hora 3. post meridiem. Hirsaug. Sit Aractæ horis 5.50. post meridiem.
Inæqualitatis Lunæ gr.117.29.22. Medius maior vero gr.4.36.
Solis in 10. circiter ♎. constituti. Medius maior est vero gr.2.20. apogeo in 25.30.♊. posito.

Præterijt ergo medius Lunæ locus medium Solis gr.2.16. & præcessit media coniunctio verā horis 4.28. Quando igitur huius eclipsis tempus posterior terminus est assumpti interstitij, debent ab eodem interstitio horæ iste 4.28. eximi, vt fiat medium interstitium anni 11. dies 177. hor.9.32. sic abundabunt ibi syzigiæ horis 22.44. tantum, si non recte medium nouilunium in priore termino, anno videlicet 1082. assignauerimus, nam potest illud 13. horis ferè prius contigisse, vt abundantia fiat tantum horarum 9.44. quemadmodum & prius contigisse verisimile est, propter tres defectus continuos præcedentes, plus satis (vt videtur) magnos, ac nimium temporis præ hac abundantia occupantes, nouilunio siquidem hoc in anteriora promoto, minuetur etiam defectus præcedens horarum 11.36. & abundantiæ huius initium longius sursum se extendet versus annum 1040. Vtcunq; autem nouilunium hoc cadat, manifestum est non prætereundam relinqui abundantiam, quæ vt minimum horas 9.44. contineat. Est ergo & hic locus inter maiores motus accelerationes computandus, cuius summum verticem verisimiliter apparet circa annum 1077. quærendum esse.

Deinde inter annos 1204. 1207. abundantia horarum 21.4. exploremus num verè sic se res habeat.

1093 Solis eclipsis 27. Septembris, hora 3. post meridiem. Hirs. fuit tunc inæqualitas Lunæ gr.117.29.22.

Interstitium anni 110. dies 201. hor.7.
Intercalares 28.
Inæqualit. Lunæ gr.154.45.12.

1204. Lunæ eclipsis 16. Aprilis vespere, hora 10. Hirs. Inæqualitatis Lunæ fiunt gr.272.14.34. Medius minor vero gr.4.58.
Solis in 4.gr. ♉. circiter constituti, medius motus minor est vero gr.1.44. apogeo in 27.10.♊. dato.
Restabat ergo media distantia gr.3.14. & sequuta est media oppositio veram horis 6.22.

Interuallum anni 2. dies 317. hor.11.
Inæqualit. Lunæ gr.5.1.30.
Medium interstitiū anni 2. dies 317. hor.9.40.
Abundant igitur syzigiæ reuera horis 22.24.

1207. Solis eclipsis 28. Februarij hora 9. antemeridiana.
Inæqualitatis Lunæ colliguntur gr.277.16.4. Medius motus minor est vero gr.4.54.
Solis in gr.17.♓. Medius minor est vero gr.2.21. apogeo in 27.10.♊. posito.
Restabat ergo media distantia gr.2.33. & sequuta est media coniunctio veram horis 5.2.

Videmus iam non minui scriptam inter eclipses abundantiam, sed augeri potius ratione mediarum coniunctionum atq; oppositionum, nec error fieri potest nisi quantũ forte in eclipsium tempore supposito errari potuit, quod adeo multũ esse nequit, vt non notatu digna residua maneat abundantia. Sũmus celeritatis gradus in hac abundantia anno circiter 1209. constituendus videtur.

Rursum inter annos 1339. 1376. abundantia diei 1. horæ 1.19. scripta est, quam similiter examinemus.

1457. 3. die Decembris, horis 11. 6. à meridie, eiusdem Viennæ fuit inæqualitas Lunæ (vt ibi dictum est gr. 159.12.31.

1339. Solis eclipsis 8. Iulij circa meridiem. Hirsaug. Sit horis 0.44. post meridiem Viennæ.
Inæqual. Lunæ gr. 319.11.12. Medius minor vero gr. 3.4.
Solis in gr. 23. ♋. medius motus maior est vero gr. 1.0. apogeo in 29.8. ♊. dato.
Restabat ergo media distantia gr. 4.4. & sequuta est media coniunctio veram horis 7.57.

1376. Solis eclipsis 17. Iulij, hora 11. Hirsaug. Sit Viennæ hora 11.44.
Inæqual. Lunæ gr. 249.28. Medius minor vero gr. 4.49.
Solis in 2.30. ♌. medius maior est vero gr. 1.15. apogeo in 29.40. ♊. posito.
Restabat ergo distantia media gr. 6.4. & sequuta est media coniunctio veram horis 11.57.

Interuallum anni 118. dies 148. hor. 10.22.
Intercalares 30:
Inæqualitatis gr. 200.1.19.

Interuallum anni 37. dies 8. horæ 23.
Intercalares 10.
Inæqualitatis gr. 290.17.1.
Medium interuallũ anni 37. dies 19. hor. 3.
Abundant igitur syzigiæ reuera hor. 21.18.

Inuenimus abundantiam minorem quidem quam simpliciter computata erat, sed tamẽ parem ferè proximæ præcedenti & defectum eius à superioribus imitantem, vt lente admodum ab æstu se recolligat cælum. Statio huius accelerationis videtur medium circiter locum inter annos 1339. 1384. obtinere, nam defectus sequens horarum 3.35. tollitur, interuallo nimirum eius per sequelam mediæ coniunctionis anni 1376. diminuto, & in abundantiam commutatur, vt non absurde stationem præsentis abundantiæ circa annũ 1361. collocare videamur. Quæ paulo post hæc in obseruatis eclipsibus sequuntur abundantiæ, satis in ordine eclipsium rectificatæ & oculis expositæ sunt, quarum præcipuæ duæ annis 1460. 1462. stationem suam habere videntur.

Disquisiuimus iam & examinauimus maximas syzigiarum abundantias per tria quæ primum assumpseramus interualla, & summæ celeritatis loca probabili cõiectura in annis Domini 355. 669. 815. 1077. 1209. 1361. 1460. 1462. constituimus, quorum si differentiæ singulatim ad proximum describantur, vt stationis à statione distantia oculis subijciatur videbimus facile ex magnitudine distantiæ primæ stationis à secunda, rationi consentaneum omnino esse, quod antea diximus: aliam abundantiæ stationem inter illas defectu obseruationum occultatam esse, cui probabili coniectura annum 511. donamus, Rursum inter tertiam & quartam stationes cum duplo plus minus maior sit distantia quam inter vicinas, videlicet annorum 262. apparet alteram abundantiæ anomaliam occultatam esse, idq; circa annum 960. vbi cum tria consequenter interstitia abundantiam adscriptam habeant, plane ita in re esse suspicio fit, experiamur ergo primum num illa inter annos 901. 961. hæreat.

901. vera oppositio 2. Augusti completo & horis 3.35. Aractæ, in qua Albategnius facit medium Lunæ maiorem vero gr. 5.18. ideo nos Ptolomei inæqualitatis motum sequentes dabimus hic Lunæ motum ab apogeo epicycli gr. 96.
Solis medius motus gr. 16.10. ♌.
Præcessit media oppositio veram horis 7.22. vt antea supputatum fuit.

961. Solis eclipsis 17. Maij. Sit Aractæ hora 3. à meridie.
Inæqual. gr. 282.14. Medius minor vero gr. 4.48.
Solis medius gr. 29.57. ♉. Medius minor vero gr. 0.55. apogeo in 23.30. ♊. dato.
Restabat ergo distantia media gr. 3.53. & sequuta est media coniunctio veram horis 7.20.

Interstitium anni 59. dies 287. hor. 11.25.
Intercalares 15.
Inæqualitatis gr. 186.14.43.
Solis medius gr. 283.47.9.
Medium interstitium anni 59. dies 303. horæ 2.7. æquate autem hora 1.58.
Syzigiæ ergo deficiunt horis 4.24.

Cùm iam non abundare reperiantur syzigiæ, sed deficere non est quod hoc loco abundantiæ alicuius fastigium latere opinemur, etsi autem annus 968. longe videatur locum abundantiæ quærendæ transgressus esse, tamen quia inter illum & sequentem abundantia horarum 6.58. notata est, videamus num hic illa consistere possit.

883. La

883. *Lunæ eclipsis, cuius medium 23. Iulij post meridiē horis 8. Aractæ, & Constantinopoli hor. 7.3. Inæqual. gr. 93.*

Interstitium anni 85. dies 151. hor. 15.57. Intercalares 22. Inæqualitatis Lunæ gr. 90.1.4.

968. *Solis eclipsis 22. Decembris, hora 11. antemeridiana Constantinopoli, Gemblaci hora 9. Inæqual. gr. 183. 1.4. Medius minor vero gr. 0.18.*
Solis in gr. 6.45. circiter ♑. Medius minor vero est gr. 0.34. apogeo in 23.40. ♊. dato.
Præterijt media coniunctio gr. 0.16. hoc est horis 0.32.

Interstitium anni 64. dies 189. hor. 3. Intercalares 18. Inæqualit. Lunæ gr. 27.57.14. Interstitium medium anni 64. dies 205. hor. 10.29. & æquatè horæ 10.28. Deficiunt ergo syzigiæ horis 0.29.

1033. *Solis eclipsis 29. Iunij circa meridiem Gemblaci. Inæqual. Lunæ gr. 210.58. Medius minor vero gr. 2.48.*
Solis in 12.40. circiter ♋. positi, maior est medius motus vero gr. 0.44. apogeo in 24.40. ♊. dato.
Restat ergo distantia media gr. 3.32. & sequuta est media coniunctio veram horis 6.57.

Iam ne sic quidem persistente abundantia, sed, quemadmodum in præcedenti interuallo accidit, in defectum conuersa, bis sane opinione falsi sumus, attamen cum concidere non possint abundantiæ sine pari defectuum occasu, necesse est trium illorum interuallorum continuatam abundantiam vel à sequente defectu inter annos 1033. 1039. nato absorberi, nam qui præcedit annis 891. 901. interpositus, nullus pene est, vel in medium interstitium, quod ab anno 961. in annum 968. est colligi, proinde vnde mediæ coniunctiones augmentum sui interstitij rapiant si consideremus, videbimus vtrumq; interstitium mox examinatum aliquid à medio illo ad se trahere, & illo diminuto abundantiam eius maiorem reddere, à superiore siquidem eius termino, qui est anno 961. per sequelam mediæ coniunctionis hor. 7.20. auferuntur, & ab inferiore termino horæ 0.32. per mediæ coniunctionis anticipationem, vt fiat medium interstitium ann. 7. dies 220. hor. 13.8. & syzigiæ quæ prius tantum horis 0.1.32. abundabant, nunc superent interuallum horis 7.53. Inuentum igitur est inter tertiam & quartam stationes nouæ stationi locum dandum esse, quem circa annum præmemoratum 960. incidere rationi consonum est, enimuero cum interstitium annorum 891. 901. medium factum sit, vt de defectu adscripto quæstio fieri non possit, constat eum defectum ibidem natum esse, tum quod valde sit exiguus, tanquam tardus & origini proximus, tum quod præcedentem habeat abundantiam, quæ vt huic aliquousq; misceri concedatur, non potest tamen vltra dimidium interstitij pertingere, alioqui enim non defectus sed abundantia proueniret, quare necesse est defectum hunc vel circa annum 891. vel ad summum circa 895. originem primam habere, differentia hæc modica est, sit autem anno 895. eius (vt verosimilius est) principium, quoniam igitur defectus hic nondum adultus est, sed respectu præcedentis abundantiæ maius aliquod incrementum in sequens interuallum extensum postulat, præterea minus est interuallum 59. annorum sequens, quam vt huius defectus complementum, deinde nouæ abundantiæ decursum, postea iterum nouum defectum abundantias seiungentem simul recipiat, manifestum est defectū hunc ab anno 895. inchoatum abundantiæ illi, quæ inter annos 961. 968. inuenta est, nulla intercedente altera occurrere. Iam supponamus (vt quandoq; fit) æqualem esse defectum abundantiæ, cum ergo initium huius defectus innotuerit, finis quoq; sequentis abundantiæ in medium interualli 64. annorum proxime incidat, quemadmodum ex defectus adscripti exiguitate cum interstitij magnitudine collata facile (vt alias fecimus) probare licet, partiemur totū vtriusq; excessus tempus in duo æqualia, & superioris partis medium ipsius defectus stationem faciemus, inferioris medium abundantiæ stationi dabitur, occupabitq; illa annum proximè 921. hæc vero 974. Atq; hæc quidem abundantiæ huius statio habenda esset, si defectus præcedens huic abundantiæ æqualis esset, et tanta inæqualitas quanta tum sequitur in stationum distantijs admitti posset, porro cum terni defectus qui hanc abundantiam sequuntur, partim quidem in aliam posteriorem abundantiam, maxime autem in hanc cuius stationē quærimus collidantur, debet defectus hic, cuius item stationē consideramus, nequaquā abundantiæ succedenti æqualis esse, sed minor multo, nam si interualla trium sequentium defectuum iuxta ratiocinationes nostras quam licet maxime minuas, à fine 13. horis, vt antea fieri posse diximus, à principio horis 6.57. vt iam in anno 1033. ostendimus, residuus tandem fiet defectus horarum 18.15. à quo rursum horarum 9.44. inter annos 1082. 1093. incidentem abundantiā (si modo id liceat) aufer, residuus adhuc manebit defectus horarū 8.31. quas si vicina aliqua abundantia æquare debet, ea profecto hæc est, cuius stationem quærimus, atqui horæ istæ 8.31. superant abundantiam inter 1061. 1068. inuentam minutis vnius horæ 38. compensata est igitur ex tribus illis defectibus omnis ea abundantia, quam inter annos 961. 968. demonstrauimus, & vltra, relinquiturq; minus eo interstitio, quod est à 901. ad 961. abundantiæ defectusq; æqualitate librandum, sic vt terminus defectus necessario ante annum 930. cadat, ac proinde statio eius circa annum 911. statio abundantiæ vero circa annum 965. quibus (omnibus expensis circumstantijs) quam proxime competere videntur, nisi quod sursum potius et in præcedentia moueri debeant, quā in consequentia,

tia, si quo transferendæ videantur. Inuentis tandem omnibus insignioris abundantiæ stationibus, placuit eas hic ordine cum suis differentijs siue distantijs conspectui exponere, quo præsentior fiat omnis inæqualitatis contemplatio, & facilius de singulis iudicium feratur. Patientur fortasse quædam stationes pauxillum se statutis locis moueri, vt æquabilior fiat differentiarum ad inuicem respectus et consequentia, verum nos hoc illis exactius perquirendum relinquimus, quibus in veros Solis & Lunæ motus inuestigandi studium erit, quorum in primis interest hanc stationum scalam cum suis differentijs exquisitè descriptam & comprobatam habere, nō modo in abundantijs verum etiam in defectibus, vt qui extra mediocritatem sunt motus, siue ad tarditatem siue ad celeritatem, terminos anticipationis postergationisq; & stationes cognitas habeant, ac sic periodi inæqualitatum facilius indagari poßint.

Anni stationum abundantis inæqualitatis & maximæ celeritatis in medio distātiæ luminariū motu.	Distantiæ stationum.
355.	314
511. latens	146
669	150
815	
965	112
1077	132
1209	152
1361	
1460	99
1462	2

Restat vt ad primum illud interuallum quod est ab anno 28. Nabonassari ad 882. & Ptolomei obseruationes cōuertamur, in quo tametsi summatim nulla mensuræ ad cælum differentia inueniatur, quod medij motus mensuram illi annorum summæ iuxta extremarum obseruationum exigentiā Ptolomeus aptauerit, per interualla tamen magna cæli ab eadē mensura exorbitatio deprehenditur, quemadmodum annis à Nabonassaro 246.257.366. in quibus defectus horarum 7.28. præcedit, ac sequitur continuo abundantia horarum 8.30. et si temporum æquatio adhibeatur, addendæ veniunt priori interstitio medio hor. 0.28.28. vt fiat interstitium mediū æquatum præter annos & dies hor. 18.30.43. & deficiāt syzigiæ hor. 7.47. In secundo interuallo aufert æquatio minuta hor. 14. vt fiat medium interstitium æquatum præter annos & dies hor. 18.10.15. & abundent syzigiæ hor. 8.44.53. Cùm autem defectus circa annū à Nabonassaro 225. incipere videatur, & abundantia circa annum proxime 366. desinat, partiemur intermedium tempus in 4. partes, atq; vnam minori termino, anno videlicet 225. addemus, alteram maiori, videlicet anno 366. adimemus, et producentur anni 260.331. quorum ille defectus, hic abundantiæ fastigium & statio proximè erit.


Deinde in annis 367.454.547. duo rursum interstitia contrarij excessus sunt, prior defectus, alter abundantiæ, quorum initium est anno 366. finis 548. ac proinde stationes, anno 411. defectus, & 503. abundantiæ.

Rursum inter annos 548.574. defectus est hor. 1.35. nec maior nec minor, quia tempus interualli æquale est, incipit autem hic anno 548. vbi nimirum præcedens abundantia desinebat, & sequens abundantia in annū 613. proxime terminatur, propterea quod æqualitas interstitio annorum 607.620. accidat, æqualibus nimirum abundantia & defectu se mutuo consumentibus, erit ergo defectus statio anno 564. abundantiæ vero anno 597. Porro si quis dubitet ne forte inter ann. 574.607. reuera non fit abundantia, æquationē interstitij quærat, inueniet addenda tempora 5.36. vt fiat interstitium medium æquatum anni 32. dies 279. hor. 20.57. & abundabunt syzigiæ hor. 0.26.51. abundabunt igitur reuera syzigiæ, sed paulo minus quam scriptum erat iuxta eclipses, nec respondet abundantia hæc defectui præcedenti, quod ille terminos huius interstitij ingrediatur, terminatur enim defectus ille proxime ad annum 580. hoc est 6. annos huius interstitij occupat, ideoq; et 6. alteros annos (incipientis videlicet abundantiæ) elidit, vt 20. tantum anni residuam abundantiam faciant, tum quoq; non semper æquales reddi abundantias defectibus necesse est, sed quo minor est alteruter excessus in vno æstu, hoc maior erit in altero quopiam, vt in summa totius magni interstitij æqualitas quæ ibi inuenta fuit reddatur. Obseruandum est autem eam cæli æstuationē, quæ vsq; ad annos 260. ferè ex paruis initijs creuerat, et anno circiter 411. adhuc æquales ferè excessus fecerat, nunc valde diminutam esse, sed post iterum intendendam, donec tandē ad summam inæqualitatem perueniat circa ann. 872. à Nabonassaro, & Domini 347. vt non dissimilis sit cælestis motus oceani fluxui, quem Beda scribit æstus suos summos paulatim intendendo malinas facere, donec ad maximum æstus incrementum peruenerit, deinde eosdem paulatim minuendo ledones dare, donec ad minimum æstum redeat. Admiranda hæc est cælestis motus alteratio, ac nescio an vnquam humanis ingenijs peruestigabilis, ostendit sane Deus imperscrutabiles esse vias sapientiæ & prouidentiæ suæ, hominumq; vanas operas, dum curiose quæ supra se sunt rimantur, arguit & eludit.

Sequitur maior cæli æstuatio circa annos à Nabonassaro 792.840. cuius examinatio nostro instituto peculiariter est necessaria. Constat autem inprimis defectum horarum 2.28. qui annorum 840.872. interstitio asscribitur, non totum illud occupare, sed eam quæ longe maior præcedit abundantiā (cum defectui magno præcedenti misceri non poßit, quod is 13. ann. tantum collectus suum interuallum omni iure poßideat) eidem interstitio se immiscere, & ad medium eius ferè pertingere, maius enim est hoc interstitium, quam vt solo horarum 2.28. defectu laboret, cum illi æquale ferè interstitium præcedens abundantiam 28. propemodum horarū faciat, vt si aliqua regularitas in motu admittenda est, hinc illa excludi non debeat, & residuus duarum horarū defectus minus abundantiæ quam defectus hoc interuallo accidisse monstrat, quare si æquali celeritate vterq; excessus factus detur, paulo ante medium huius interstitij æqualitas, & ab abundantia in defectum transitio constituenda erit, sit ergo

illa

illa anno 856. Pro initio aũt huius abundantiæ inueniendo consideremus ipsam in 33. annis vix maiorem factam esse defectu præcedente, cùm ille plus quam duplo minore temporis spacio colligatur. Quamobrem certũ est defectiuam illam inæqualitatem in præsentis abundantiæ interstitiũ se extendere, & in eo aliquot annorũ abundantiam expungere, post quos illa diei vnius horarũ 3.56. necessario facta est. Quod si iam æquali tempore vtrãq; periodum, præcedentis defectiuæ inæqualitatis, & huius abundantis perfici ponamus, competent huic abundantiæ iuxta rationem præcedentis defectus ad suum interstitium anni 13. dies 22. quibus ab ann. 839. dieb. 335. tempore videlicet Agrippinæ oppositionis subductis, manet ann. 826. dies 313. ex quo deinceps abũdantia hæc collecta est, Quod iam inter hunc diem & Plinianam eclipsim tempus interest, videlicet ann. 21. dies 193. propter suppositum æqualem vtriusq; inæqualitatis motum, & mutuam in eo abundantiæ defectusq́; collisionem, oportet diuidere per æqualia, & reddentur ann. 10. dies 279. qui additi ad tempus Plinianæ eclipsis dabunt ann. 816. diem 34. qui finem inæqualitatis defectiuæ & principium abundantis definiet. Colligentur ergo hinc vsq; ad finem abundantis inæqualitatis anno 856. probabiliter antea constitutũ, anni totius inæqualitatis abundantis 39. dies 331. quos si ab ann. 816. dieb. 34. auferas, habebis ann. 776. diem 68. in quo initiũ defectiuæ inæqualitatis erit, sequeturq́; statio eiusdem inæqualitatis ann. 796. die 51. abundantis vero anno 836. die 17. Quam collectionẽ proximam vero esse inueniet, qui diligentius principiũ vnde deducitur inspexerit, videlicet quod eadẽ sit habitudo et positio abundantiæ diei 1. hor. 3.56. ad mediũ inæqualitatis, quæ est præcedentis defectus, et quod vtraq; inæqualitas eiusdem proximè sit magnitudinis, ac proinde æqualem etiam proxime ad stationes suas respectum habeant, inde enim patesit eadẽ illam celeritate qua hanc ferri, ideoq; tempora illis pro magnitudinis comparatione designari & econtrario. Quoniam autem hæc propter pleniluny illationẽ quam facturi sumus recte intelligere expedit, nec per se cuiuis satis sunt obuia, rem per lineas ob oculos ponemus, & paulo euidentius declarabimus. Sit circulus a.b.c.d. in quo centrum e. repræsentet motum quem vocant medium, & moueatur in longitudinem b. a. lineæ. Semicirculus a. d. b. sit inæqualitatis defectiuæ, hoc est quæ medium distantiæ motum postergando medios luminarium congressus retardat, & Ptolomei calculum deficere facit, & moueatur ab a. per d. in b. Alter semicirculus sit abundantis inæqualitatis, hoc est quæ medium centri motum anticipando medios congressus accelerat, & calculum medij motus Ptolomei abundare in tempore facit, moueaturq́; hic ex b. per c. in a. Manifestum est autem, nec probatione opus habet apud eos qui vel mechanicam linearum collationem facere norunt, quod circa a. & b. sit medium contrarium inæqualitatum, hoc est quod ibi nec retardetur nec acceleretur motus medius, propterea quod partes circumferentiæ vicinæ recta ferè in latus lineæ a. b. abeant, non autem in eiusdem longitudinem, & quod circa c.d. velocissimus fiat anticipationis & retardationis motus, propterea quod circumferentiæ arcus proximi in directum æquidistantis a. b. ferè procurrant, ideoq; c. d. vocamus vertices stationesq́; inæqualitatis abundantis et defectiue. In reliquis semicirculorũ partibus eo velocior sit anticipationis retardationisq́; motus, quo magis ad verticem eius accedit, & ediuerso hoc tardior quo magis ab eo discedit, & ad medium inæqualitatum accedit. Iam vterq; semicirculus in partes siue annos 39. dies 331. diuisus intelligatur, quot nimirum vtramlibet inæqualitatem hoc loco perficiunt, sitq́; b. annus 816. dies 34. in quo medium harum inæqualitatum esse collegimus, & ab eo versus d. annis 10. diebus 279. constituatur f. tempus eclipsis Plinianæ, & inferior terminus eius motus siue temporis, à quo defectus ille diei 1. horarum 5. 24. producitur, iterumq́; ab eodem b. versus c. totidem anni & dies sumantur vsque in g. annum 826. diem 313. qui est superior terminus temporis siue motus abundantiam illam residuam diei 1. horarum 3. 56. procreantis. Deinde prioris illius temporis siue motus alter terminus sit in i. annis 13. diebus 276. ab f. distante, & in Claudianam eclipsim incidente iuxta huius à Pliniana distantiam, posterioris vero temporis alter terminus sit in h. oppositionis Agrippinæ tempore, à quo ad g. annos 13. dies 22. collegimus, quibus hæc residua abundantia creata est. Conspicuum iam est, quia duæ inæqualitates assumptæ f. d. i. & g. c. h. vno termino videlicet f. & g. æqualiter distant à medio inæqualitatum b. & æquales proxime existentes altero fine simillimum situm respectu stationum suarum d. & c. habent: earum quoq; in motu celeritates magnitudinibus proportionales esse, hoc est æqualibus defectui & abundantiæ æqualia tẽpora respondere & econtrario, nam quod defectus exiguo quopiam longius intra se suam stationem recipit quam abundantia, hoc quam minimũ proportionem mutat, propterea quod tantilla differentia in locis stationi proximis adeoq; simillimis, tum etiã in arcubus vtroq; termino circa maximos inæqualitatũ progressus versantibus reperta, errorẽ æstimatione dignũ inferre non potest. Satis igitur conuenienter hoc loco iuxta inæqualitatũ rationem ann. 13. dies 22. abundantiæ tribuimus, atq; inde consequenter terminos vtriusq; inæqualitatis & stationes collegimus, Si tẽpus eclipsis Claudianæ exacte descriptũ esset, possent & inæqualitatum harũ termini cum stationibus exactius demõstrari, nunc ve-



 ro rudi

ro rudi quadam ostensione mediocritatem sufficientem nacti, ea contenti simus, donec huius temporis exactiores obseruationes, quales in Hebræorum libris vspiam latere non dubitamus, ex antiquitate eruantur, & in lucem proferantur. Postquam autem iam primi huius interualli inæqualitates expendimus, & media earũ stationesq́, quatenus id in obseruationum raritate fieri potuit, proximè ad veritatem perquisiuimus, nunc singulorum terminorum annos à prima notabili motus enormitate vsq; ad maximã eius exæstuationem ordine ponemus, quo vno velut intuitu alterationis vicissitudines, & incrementa inæqualitatũ paulatim ad summũ tendentia cõspiciantur.

Periodi iunctarum inæqualitatum defectiuæ & abundantis.

	225.*defectus initium.*		613.*def.init.*		110.*def.initium.*
	260.*defectus statio.*				135.*def.statio.*
141.	295.*abundantiæ initiũ.*	70.		100.	
	331.*abund.statio.*				
	366.*def.initium.*		683.*def.init. latens.*		210.*def.initium.*
	411.*def.statio.*				
182.	457.*ab.init.*	93.		193.	307.*ab.omniũ max.initiũ.*
	503.*ab.st.*				355.*ab.statio.*
	548.*def.init.*		776.*dies* 68 *def.init.*		403.*def.initium.*
	564.*def.st.*		796.*d.*51.*def.st.*		
65.	580.*ab.init.*	79.297.	816.*d.*34.*ab.init.*		
	597.*ab.st.*		836.*d.*17.*ab.st.*		
	613.*def.init.*		856.*vel D.*110.*def.init.*		

– Dionyſius Senior Syracuſis tyrannidem inuaſit ann. 3. olympia. 93. principe Athenis Callia, ann. 85. ex quo Gelo Dinomenis ibidem tyrannidem iniјt, & legati pro frumẽto Romam adferendo in Siciliam miſsi ſunt. Dionyſ. pag. 296. a. Diod. pag. 373. b. Tribunis militaribus conſulari imperio remp. Romæ gerentibus ad annum ferè C. V. 347. 30. illi tyranni præpoſiti ſunt à Lacedemonijs Atheni enſibus, & in Sicilia Dionyſius ſuperior tyrannidem tenuit. A. Gell. lib. 17. cap. 21. Atheneus pag. 280. a. hunc Archontem Calliã ponit 24. ann. poſt mortẽ Periclis (poſt amotionem dicere voluit.

– ARTAXERXES 2. rex Perſarum, Mnemon cognom. Plut. in vitis pag. 353. b. Euſebio Longimanus, regnat annis 43. Diod. lib. 13. pag. 381. b. & 15. pag. 485. a.

– Oreſtes rex 13. Macedon. ann. 3. Euſeb.

– Lyſander Lacedem. Athenis potitus muros eius diruit 16. Munichionis (hoc eſt Martij.) Plut. in Lyſandro, pag. 163. c. Diod. euictas ab eo Athenas notat an. 4. olymp. 93.

Olymp. 95

Anarchia Athenis. Diodoro. Eudicus ephorus Lacedem.

1 *Euclides Archon Athen.*

2 *Micion.*

3 *Exenetus.*

4

95

à Nabon.: 344, 345, 346, 347

Sol. capt. Templi 2.: 133 / 116 *Sabbatum*; 134 / 117 *terræ 19.*; 135 / 118; 136 / 119

Mundi: 3565, 3566, 3567, 3568

Ro. cond.:

L. Valerius Potitus. Coſſus, & N. Fabius.

349 Trib. mil. *C. Iulius Iulus II. Man. Aimilius Mamercin. T. Quinctius Capitol. Barb. L. Furius Medullin. II. Q. Quinctius, &c.*

350 Trib. mil. *P. Cornelius Malugin. Sp. Nautius Rutilus, Cn. Cornelius Coſſus II. C. Valerius Potitus Voluſus, &c.*

351 Trib. mil. *Man. Aimilius Mamercin. II. M. Furius Fuſus, P. Claudius Craſſin. L. Iulius Iulus, M. Quinctilius Varus, &c.*

352 Trib. mil. *C. Seruilius Ahala III. merin. Q. Seruilius lius Vulſo Capitolin.*

Dionyſius Syracuſanus tyrannidem ſibi confirmauit Syracuſis an. 1. olymp. 94. Diod.

Menſe 6. anni 28. belli Pelopon. olygarchia à Lyſandro Athenis ab ipſo captis inducta eſt primo anno eius olympiadis, in qua vicit ſtadio Crocinas Theſſalus. Eodem anno fuit eclypſis Solis. Xenoph. rerum Græc. pag. 315. 316. Ponit autem ibidem Xenophon Pythodorum eodẽ anno archontem vſq; ad oligarchiam. Diod. lib. 14. pag. 387. a. colligit à capta Troia ad finẽ belli Peloponneſiaci, & inductam Athenis oligarchiam annos 779. vno paulo amplius anno à noſtra ſumma deficiens, qui lapſus in tam longa annorum ſerie facilis eſt.

Eratoſtenes apud Clemẽt. Strom. lib. 1. pag. 36. c. ponit 27. annos ab initio belli Peloponn. vſq; ad captas Athenas. Diod. lib. 13. pag. 381. totidem annos duraſſe bellum hoc integros aſſerit.

– Archelaus rex 14. Maced. ann. 4. Euſeb.

Ro. cond.	Q. Sulpitius Ca- Priscus, A. Man- II, &c. 353 Trib. mil. L. Valerius Potitus IIII. L. Iulius Iulus, M. Furius Camillus, Man. Aimilius Mamerciu. III. Cn. Cornelius Cossus II. &c.	354 Trib. mil. P. Licinius Caluas primus trib. milit. è plebe, P. Melius Capitolin. L. Titinius, Sp. Furius Medullin. &c.	355 Trib. mil. M. Pomponius, L. Atilius Longus, C. Duilius, M. Veturius Crassus Cicurin. Cn. Genutius Augurin. &c.	356 Trib. mil. L. Valerius Potitus V. L. M. Valerius Maximus, cus II. M. Furius Camil-
Mundi & veri.	3569	3570	3571	3572
Sol. capt. Templi 2.	137 120	Initium cycli decem nonalis. 138 121 9. Hebdomadis initium.	139 122	140 123
à Nabon.	348	349	350	351
Olymp.	Laches Archon Athen.	1 Aristocrates.	2 Ithycles. 3	Lysiades. 4 96

– Pausanias rex 15. Maced. anno 1. Euseb.

Ro. cond.	Furius Medull. III. Q. Seruilius Priscus, &c. 357 Trib. mil. L. Iulius Iulus II. L. Furius Medullin. IIII. L. Sergius Fidenas, A. Postumius Albinus, &c.	358 Trib. mil. P. Licinius Caluus, L. Titinius II. P. Menius II. P. Melius Capitolin. II. Gn. Gemitius Augurin. II. &c.	359 Trib. mil. P. Cornelius Cossus, P. Cornelius Scipio. M. Valerius Maximus II. K. Fabius Ambustus III. L. Furius Medullin. V. &c.	360 Trib. mil. M. Furi' Camillus III. dullin. VI. C. Aimilius L. Valerius Poplicola Po-
Mundi.	3573	3574	3575	3576
Sol. capt. Templi 2.	Sabbatum 141 124 terræ 20.	142 125	143 126	144 127
à Nabon.	352	353	354	355
Olymp.	Phormio.	1 Diophantus.	2 Eubulides. 3	Demostratus. 4 97

Amyntas rex 16. Macedon. annis 6. Euseb. Diod. dicit regnasse annis 24. in vniuersum videlicet.

Anno 2. olymp. 96. templum Mineruæ apud Tegeatas fortuito incẽdio arsit Diophante apud Atheniẽses regnante. Paus. pag. 337.

Leuco Bosphori & Ponti rex regnat annis 40. Diod. pag. 500, 2. Vide anno 3615.

Ro. cond.	L. Furius Me-us Mamercin. tit. &c.	361 L. Lucretius Flauus. Ser. Sulpicius, Ser. f. Ser. n. Camerinus.	362 L. Valerius, L. f. L. n. Poplicola Potitus. M. Manlius Capitolinus.	363 Trib. mil. L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus Prætextatus, M. Aimilius Mamercin. L. Furius Medullinus VII. &c.	364 Trib. mil. Q. Fabius Ambustus, bustus, C. Fabius Ampicius Longus, Q. Ser.
Mundi & veri.		3577	3578	3579	3580
Sol. capt. Templi 2.		145 128 10. Hebdomadis initium.	146 129	147 130 Sabbatum terræ 21. Iubileus 3.	148 131
à Nabon:		356	357	358	359
Olymp:	Philocles Archon Athen.	1 Nicoteles.	2 Demostratas.	3 Antipater.	4 98

- Annum post 15. (à primum creatis tribunis militum consulari potestate) creati Coss. L. Lucretius Flauus, & Seruius Sulpicius Camerinus. Liu. dec. 1. lib. 5. pag. 125. b.
- Argeus rex 17. Maced. ann. 1. Euseb.
- Amyntas iterum, rex 18. Macedonum ann. 18. quia Diodorus in vniuersum 24. illi dat. Euseb. nunc 19. ei tribuit.
- Roma capta. Gallorum expeditio, qua Roma capta est, fuit, vt omnes fere autores consentiunt, Athenis summum magistratum gerente Pyrgione, circiter 1. annum 98. olymp. quod si retrorsum tempora supputes vsq; ad L. Iuniú Brutum, L. Tarquiniú Collatinum, primos Roman. post expulsum regem Coss. cóplectentur annos 120. sicut apparet cùm ex alijs multis, tú ex Censorijs comment. &c. Dionys. lib. 1. pag. 45. a. Eo tépore quo pugna commissa est Alliana, (qua facta postridie teste Liuio vrbs præter capitoliú à Gallis capta est) instabat æstiuú solstitium circa plenilunium. Plut. 63. d. Facta est pugna Alliana ad 15. Cal. Sextilis, Liu. dec. 1. pag. 137. a. Capta est Vrbs anno vertente 365. ab V. C. Liu. dec. 1. pag. 136. a. tribunis militum consulari potestate tribus Fabijs cum Sulpicio Longo, &c. pag. 128. b. atq; hic annus erat 19. (médú hic haud dubie est, 81. forte restituendum) post naualem pugná, qua Cimon Atheniensis Xerxem superauerat, ante bellum Leuctricum vero, quo Lacedemonij pacé cum rege Persarum inierát 16. annis. Polyb. pag. 3. a.
- Ioathan siue Iohanan, pótifex Iudæorum ann. 24. (47. posuimus) videlicet vsque ad finem Ochi Artaxerxis, (aut proxime) Philo. Annij.

Ro. cond.	K. Fabius Ambustus, Q. Sulpicius Priscus IIII.	365 Trib. mil. L. Valerius, Poplicola Potitus II. L. Virginius Tricostus, P. Cornelius, A. Manlius Capitolinus, &c.	366 Trib. mil. T. Quinctius Cincinnatus, Q. Seruilius Priscus V. L. Iulius Iulus, L. Aquillius Coruus, &c.	367 Trib. mil. L. Papirius Cursor, C. Sergius Fidenas, L. Aimilius Mamercin. II. L. Menenius Lanatus, &c.	368 Trib. mil. M. Furius Camillus lius Maluginensis II. Priscus VI. L. Quincti-
Mundi.		3581	3582	3583	3584
Sol. capt. Templi 2.		149 132	150 133	151 134	152 135 11. Hebdoma-
à Nabon.		360	361	362	363
Olymp.	Pyrgion Dionys. Pyrrhion Diod.	1 Theodotus.	2 Mystichidas.	3 Dexitheus.	4 99

Olymp. Diotrephes. | 1 Phanostrates Archon Atheniensium. | 2 Menander, Diod. Euander, Ptolom.

à Nabon. 364 | 365 | 366

Sol. capt. Templi 2. dis initium. | 153 136 | 154 137 | Sabbatum terræ 22.

Mundi & veri. 3585 ♌ | ♍ | ♐ | ♈ | ♋ 3586 ♌ | ♍ | ♐

Ro. cond. IIII. Ser. Cornelius Q. Seruilius Cincinn. &c. | 369 Trib. mil. A. Manlius Capitolinus II. P. Cornelius, T. Quinctius Capitolinus, L. Quinctius Capitolinus, L. Papirius Cursor II. C. Sergius Fidenas II. | 370 Trib. mil. Ser. Cornelius Maluginensis III. P. Valerius Potitus Poplicola II. M. Furius Camillus V. Ser. Sulpicius Rufus II. C. Papirius Crassus, T. Quinctius Cincinnatus II. | 371 Trib. mil.

– Eclypsis Lunæ 1. obseruata in Babylone Archonte apud Athenienses Phanostrate, mẽse Posideõe, vel Thoth secundũ Aegyptios 26. (cõpleto) sequẽte 27. cuius medium fuit post meridiẽ diei 26. horis æqualibus 18. 30. Alexandriæ Sole existente in gr. 28. 18. Sagitt. Distat huius medium ab initio Salmanassari an. Aegyptijs 365 diebus 25. horis æqualibus 18. 30. Defecit parua circuli pars ab ortu æstiuo. Ptol. lib. 4. cap. 11.

– Eclypsis Lunæ 2. obseruata in Babylone magistratum gerente apud Atheniẽses Phanostrate, mense Scyrophorione aut Phamenot secundum Aegyptios die 24. sequente 25. cuius mediũ fuit post meridiem diei 24. horis æqualibus 8. 15. proxime Alexandriæ, Sole constituto in 21. 46. Gem. Distat medius huius à medio mox præcedentis diebus 177. horis æqualibus 13. 36. Et ab initio Nabonassari ann. Aegypt. 365. diebus 203. & horis æqualibus 8. 15. Defecit ab ortu æstiuo. Ptol. lib. 4. cap. 11.

– Eclypsis Lunæ 3. obseruata in Babylone sub magistratu Euandri Atheniensis mense Posideone, Thoth secundum Aegyptios die 16. sequente 17. cuius mediũ fuit Alexandriæ post meridiem diei 16. horis æqualibus 10. 10. Sole existente vero motu in 17. 30. Sagitt. Luna medio motu erat in 17. 20. Gemin. & secundum inæqualitatem gradibus 181. 12. à maxima epicycli longitudine distabat. Ptol. lib. 4. cap. 11.

Defecit tota Luna, & durauit defectus 4. horas, cœpitque deficere ab ortu æstiuo. Ibidem.

Olymp. 3 Demophilus. | 4 100 Pytheas. | 1 Nicon. | 2

à Nabon. 367 | 368 | 369

Sol. capt. Templi 2. 155 138 | 156 139 | Initium cycli decemnoualis. 157 140 | 158 141

Mundi. ♈ | ♋ 3587 | 3588 | 3589 | 3590

Ro. cond. L. Valerius Poplicola Potitus IIII. A. Manlius Capitolinus III. S. Sulpicius Rufus III. L. Lucretius Tricipitinus III. L. Aimilius Mamercinus III. M. Trebonius Crispus Flauus. | 372 Trib. mil. Sp. Papirius Crassus, L. Papirius Crassus, Ser. Cornelius Maluginen. IV. Q. Seruilius Priscus Fidenas, &c. | 373 Trib. mil. M. Furius Camillus VI. A. Postumius Albinus Regillen. L. Postumius Albin. Regillen. L. Furius Medullinus, &c. | 374 Trib. mil. L. Valerius Poplicola lerius Potitus Poplicola Fidenas III. &c.

Mausolus Cariæ regulus obijt anno 2. olymp. 100. Plin. lib. 36. cap. 5. pag. 635. b.

☾ a. | ☾ a. | ☾ a.

Olymp:	Nausinicus.	3 Callias.	4 101 Chariandrus.	1 Hippodamus.	2
à Nabon.	370	371	372	373	
Sol. capt. Templi 2.	159 142 12. Hebdomadis initium.	160 143	161 144 Sabbatum terræ 23.	162 145	
Mundi & veri.	3591	3592	3593	3594	
Ro. cond.	Potitus V. P. Va-III. C. Sergius	375 Trib. mil. P. Manlius Capitolinus, C. Septilius, C. Manlius Capitolinus, M. Albinius, L. Iulius Iulus, L. Antistius.	376 Trib. mil. Sp. Furius Medullinus, Q. Seruilius Priscus Fidenas II. C. Licinius Caluus, P. Clœlius Siculus, &c.	377 Trib. mil. L. Aimilius Mamercin. V. P. Valerius Potitus Poplicola IV. C. Veturius Crassus Cicurinus, Ser. Sulpicius Rufus, &c.	378 Trib. pleb. C. Licinius, C. f. P. n. L. Sextius, Sex. f. N. n. Se-

Olymp:	Socratides.	3 Astius.	4 102 Alcistenes.	1 Phrasiclida. Pausf. pag. 319. a.	
à Nabon:	374	375	376	377	
Sol. capt. Templi 2.	163 146	164 147	165 148		
Mundi.	3595	3596	3597		
Ro. cond.	Caluus II. xtin. Lateran. II.	379 Trib. plebis siue curulib. magistratibus ijdem.	380 Trib. pleb. siue curul. magistr. ijdem.	381 Tribuni plebis ijdem.	382 Tribu-

– Anno 4. olymp. 101. Astio Athenis regnante, continuo post mortem Codri, filij Melanthi, euersa est Helice à Lacedemonijs in bello Peloponnensium contra Athenienses. Pausf. pag. 287. b. Platea secundo capta à Thebanis (cum prius à Lacedemonijs fuisset occupata) anno ante pugnam Leuctricam 3. regnante Athenis Astio. Pausf. 347.

– Anno 2. olymp. 102. cladem in bello Macedonico vniuersi Græci ex fortunæ maleuolentia denuo acceperunt. Pausf. 227. a. Anno 2. olymp. 102. regnante Athenis Phrasiclida, facta est clades Lacedemoniorum Leuctrica, & post eam paucis mensibus (eodem tamen anno) Megalopolis in Arcadia est condita. Pausf. 319. a.
Plutar. in vitis pag. 63. d. dicit Leuctricam pugnam factam instante Bœotijs, Hippodromio mense, secundum Athenienses vero Hecatõbeonis 5. die. Confer Plutar. in vitis 237. d.
Eodem die facta est victoria ad Gereston. Plutar. ibidem.
A Leuctrica pugna ad Philippi Macedonis mortem, anni sunt 35. Eratostenes apud Clem. Stom. lib. 1. pag. 36. D.

Olymp: 2 Dysniceus, Diod. Dyscinetus, Pauf.pag.175.a. — 3 Lysistratus. — 4 103 Nausigenes. — 1

à Nabon: 378 — 379 — 380

Sol. capt. Templi 2.: 166 149 13. Hebdomadis initium. — 167 150 — 168 151 — Sabbatum terræ 24. 169 152

Mundi & veri: 3598 — 3599 — 3600 — 3601

Ro. cond.: ni plebis ijdem.
383 Trib. mil. L. Furius Medullinus II. P. Valerius Potitus Poplicola V. A. Manlius Capitolinus IV. Ser. Sulpicius Rufus Pretext. III. &c.
384 Trib. mil. Q. Seruilius Priscus Fidenas III. M. Cornelius Maluginensis, C. Veturius Crassus Cicurinus II. &c.
385 Trib. mil. T. Quinctius Cincinn. Seruilius Structus, Serginen. VII. &c.

– **Alexander** rex 19. Maced. an.1. Gemist.lib 1.pag.10.a. Anno 3. olymp. 102. quam Damon Thurius vicit Messenij reuersi sunt in Peloponnesum, & patriam terram recuperarũt anno post Iræ captiuitatem 287. (297. legendum) regnante Athenis Dyscineto. Pauf.pag. 175.

– **Ptolomeus Alorites** rex 20. Macedoniæ annis 3. Gemist.lib.1.pag. 10. a. sic scribit: Alorites dolis atq; insidijs Alexãdrum, cùm per annum regnasset, interficiens Macedonum imperium sibi vendicauit, olympiade 103. qui cùm trienuium in dominatu fuisset, à Perdica est interemptus.

Inter hos tribunos militares, & proxime sequentes alij annum 1. interponunt sine tribunis militaribus & Coss. solo Dictatore M. Furio Camillo IIII. cum L. Aemilio Mamercino Mag. Equitum rem gerente, verũ non

Olymp.: Polyzelus. — 2 Cephisodorus. — 3 Chion. — 4 104 Timocrates. — 1

à Nabon.: 381 — 382 — 383 — 384

Sol.capt. Templi 2.: 170 153 — 171 154 — 172 155 — 173 156 14. Hebdoma-

Mundi.: 3602 — 3603 — 3604 — 3605

Ro. cond.: Capitolin. Sp. Cornelius Malu-
386 Trib. mil. A. Cornelius Cossus II. L. Veturius Crassus Cicurinus II. M. Cornelius Maluginen. II. P. Valerius Potitus Poplicola VI. &c.
387 L. Aimilius, L.f. Mamercinus. L. Sextius, Sex.f. N.n. Sextin. Lateran. primus è plebe consul.
388 L. Genucius, M.f. Cn.n. Auentinensis. Q. Seruilius, Q.f. Q.n. Ahala.
389 C. Sulpicius, M.f. Q.n. Peticus. C. Licinius, C.f. P.n. Caluus.

patitur hoc dictatura Camilli apud Liuium dec.1. pag. 154.b. in duos continuos annos se extendens, quorum prior sub his Tribunis, posterior sub hic sequentibus trãsactus est, nisi quòd Mãlij in dictaturam substitutio hoc priore anno aliquantisper intercesit, abdicante Camillo propter aduersa auspicia.

– **Perdica** rex 21. Macedoniæ ann.5. Gemist. lib. 1. pag. 10.a.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi & veri.	Ro. cond.	
Charidides.		*dis initium.*		*ticus.*	
2 *Molon.*	385	174 / 157	3606	390 *L. Aimilius, L.f. Mamercinus II. Cn. Genucius, M.f. M.n. Auentinensis.*	– OCHVS ARTAXERXES fit rex Persarum moriente patre Artaxerxe an. 3. olymp. 104. cùm regnasset annos 43. Regnauit hic annos 23. Diod. pag. 485. a.
3 *Nicophemus.*	386	175 / 158	3607	391 *Q. Seruilius, Q.f. Q.n. Abala II. L. Genucius, M.f. Cn.n. Auentinensis II.*	
4 / 105 *Callimedes.*	387	*Sabbatum terræ 25. Initium cycli decemnoualis.* 176 / 159	3608	392 *C. Licinius, C.f. P.n. Caluus II. C. Sulpicius, M.f. Q.n. Peticus II.*	– Philippus rex fit 22. Macedonũ anno 1. olympiadis 105. Diod. lib. 16. Gemist. pag. 9. Regnat 24. annos. (integros præter partem 25.) Diod. Annos 22. natus suscepit imperium. Suidas col. 478. b. Hic reuocanda sunt in memoriam quæ de anno Macedonico scripsi primo capite operis sub literis B. & A a.
1	388	177 / 160	3609	393 *M. Fabius, N.f. M.n. Ambu- C. Petelius, C.f. Q.n. Libo*	Hircanus dux Iudæorum annis 31. Philo. Annij.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.	
Eucharistus.				*stus. Volusus.*	
2 *Cephisodotus.*	389	178 / 161	3610	394 *M. Popilius, M.f. C.n. Lenas Flam. Carment. Cn. Manlius, L.f. A.n. Capitolin. Imperioss.*	
3 *Agathocles.*	390	179 / 162	3611	395 *C. Fabius Ambustus. C. Plautius, P.f. P.n. Proculus.*	
4 / 106 *Elpinus.*	391	180 / 163 *15. Hebdomadis initium.*	3612	396 *C. Marcius, L.f. C.n. Rutilus. Cn. Manlius, L.f. A.n. Capitol. Imperioss. II.*	– Alexander Magnus natus circa Idus Aprilis. Plutar. Vide anno 3632. – Phocenses occupant templũ Delphicum, regnante Delphis Heraclide, & Athenis imperante Agathocle anno 4. olympiadis 105. in qua Prorus Cyreneus stadium vicit, vnde decennale bellum ortum est inter Phocenses & Thebanos. Paus. pag. 390. c.
1	392	181 / 164	3613	397 *M. Fabius, N.f. M.n. Ambu- M. Popilius, M.f. C.n. La-*	– Bellum sacrum ortum ob spoliatum templum Delphicum, anno 6. Philippi, anno 2. olymp. 106. quod durauit 9. annos. Diod.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi & veri.	Ro. cond.
Callistratus.	393	182 / 165		*...stus II. / ...nas II.*
				398 *C. Sulpitius, M.f.Q.n. Peticus III. / M. Valerius Poplicola.*
2 *Diotimus.*	394	*Sabbatum*	3614	
		183 / 166 *terrae 26.*		399 *M. Fabius, N.f.M.n. Ambustus III. / T. Quintius, T.f. Penn. Capitol. Crispin.*
3 *Eudemus.*	395	184 / 167	3615	400 *C. Sulpicius, M.f.Q.n. Peticus IV. / M. Valerius, Poplicola II.*
4 / 107 *Aristodemus.*	396	185 / 168	3616	401 *P. Valerius, P.f.L.n. Potitus / G. Marcius, L.f.C.n. Ruti-*
1			3617	

Spartacus mortuo patre Leuco fit Bosphori & Ponti rex ann. 3. olymp. 106. regnat annos 5. Diod. 500. a.

400. anno quam vrbs Roma condita erat, 35. quam à Gallis recepta, ablato post nonum annũ à plebe consulatu patricij Coss. ambo ex interregno magistratum iniere C. Sulpicius Peticus III. & M. Valerius Poplicola. Liu. dec. 1. pag. 165. a.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.
Thessalus.	397	186 / 169		*Poplicola. / lus II.*
				402 *C. Sulpicius, M.f.Q.n. Peticus V. / T. Quinctius, Pennus Cincinnatus.*
2 *Apollodorus.*	398	187 / 170	3618	403 *M. Popillius, M.f.C.n. Lenas III. / L. Cornelius Scipio.*
3 *Callimachus.*	399	*16. Hebdomadis initium.* 188 / 171	3619	404 *L. Furius, M.f. Camillus. / Ap. Claudius, P.f. Ap.n. Crassin. Regillen.*
4 / 108 *Theophilus.*	400	189 / 172	3620	405 *M. Popillius, M.f.C.n. Le- / M. Valerius, M.f.M.n. Cor-*
1			3621	

Olymp. 107. anno 3. Philippus, rex Macedoniæ, Græciam quatit, Plin. lib. 2. cap. 27.

Parisades fit rex Ponti, moriente fratre Spartaco, ann. 4. olymp. 107. regnat an. 38. Diod. 509. b.

L. Furio & Ap. Claudio Coss. M. Valerius Tribunus militaris Gallorum ducem in agro Pontino, coruo diuinitus adiutus, duello vicit atq; interfecit anno Vrbis 405. vnde Coruini cognomen illi datum est. A. Gell. lib. 9. cap. 11.

Plato mortuus Theophilo, qui Callimachum sequutus est, Athenis Archonte. Athen. lib. 5. cap. 12. in fine. Hunc Theophilũ Diod. ascribit anno 1. olymp. 108. Et Suidas col. 792. b. olymp. 108. Platonem mortuum ait.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi & veri.	Ro. cond.	
Themistocles.	401	*Sabbatum*		406 *C. Plautius, C.f.P.n. Venno Ypsaeus. T. Manlius, L.f.A.n. Imperioss. Torquat.*	Phocense siue sacrum bellũ quod durauerat in annum 10. opera Philippi, regis Macedonum, finitum est anno 15. Philippi (in principio eius, vt videtur) & olymp. 108. anno 3. Diod. Paus. pag. 390. b. scribit id finitum esse, regnante Athenis Theophilo, anno 1. olymp. 108. sed fallitur computando 10. eos annos ab initio Agathoclis, cùm ab instante fine debuisset.
		190 / 173 *terre 27.*			
2 *Archias.*			3622		
	402			407 *M. Valerius, M.f.M.n. Coruus II. C. Poetilius, C.f.C.n. Libo Visolus.*	
		191 / 174			
3 *Eubulus.*			3623		
	403			408 *M. Fabius Dorso. Ser. Sulpicius Camerinus.*	
		192 / 175			
4 / 109 *Sthycisius.*			3624		Olympiade 109. Philippus contra Illyrios expeditionem suscepit. Genust. pag. 57.
	404			409 *C. Marcius, L.f.C.n. T. Manlius, L.f.A.n. Imperioss.*	
		193 / 176			
1			3625		

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.	
Pythodorus.	405			*Rutilus III. rioss. Torq. II.*	
				410 *M. Valerius, M.f.M.n. Coruus III. A. Cornelius, P.f.A.n. Cossus Aruina.*	M. Valerius & A. Cornelius Coss. primi Samnio arma intulerunt. Liu. dec. 1. lib. 10. pag. 237. a.
		194 / 177 *17. Hebdomadis initium.*			
2 *Sosigenes.*			3626		
	406	*Initium cycli decemonalis.*		411 *C. Marcius, L.f.C.n. Rutilus IV. Q. Seruilius, Q.f.Q.n. Ahala.*	
		195 / 178			
3 *Nicomachus.*			3627		
	407			412 *C. Plautius, C.f.P.n. Venno Ypsaeus II. L. Aimilius, L.f.L.n. Mamercinus.*	Iaddua siue Iaddus, põtifex Iud. Euseb. eum annotat 1. anno Arsis, regis Persarum, & 18. aut 17. vt minimum ann. illi cedere videtur.
		196 / 179			
4 / 110 *Theophrastus.*			3628		Olympiade 110. anno Philippi 21. Timoleon Carthaginẽses in Sicilia euicit. Diod. idq; 23. die Targelionis, mensis 11. Plut. in vitis 64. a.
	408	*Sabbatum Iubileus*		413 *T. Manlius, L.f.A.n. Imperioss. P. Decius, Q.f. Mus.*	
		197 / 180 *terre 28. quartus.*			ARSES siue Arsamus, rex Persarum annis 3. non integris, vt liquet ex Diod. lib. 17. pag. 530. a.
1			3629		

Lysimachides. 409

198
181

414 *Ti. Aemilius Mamercinus.* *Q. Publilius, Q. f. Q. n. Philo.*

Torquatus III.

2 *Charondas.*

3630

– Anno 3. olymp. 110. res rara euenit, eodẽ enim die & hora, qua ad Chæroneam conflictum est à Philippo aliud certamẽ commissum est inter Lucanos & Tarentinos, in quo Archidamus Lacedemoniorum rex pro Tarentinis pugnans, inreremptus est. Diod.

410

415 *L. Furius, Sp. f. M. n. Camillus.* *C. Mænius, P. f. P. Nepos.*

199
182

C. Maenium Cos. Plin. ponit anno Vrbis 416. lib. 34. cap. 5.

3 *Phrynichus.* *Arrian. lib. 1.*

3631

411

– DARIVS, filius Arsami, nepos Ochi regis ex fratre, fit rex Persarum sub mortẽ Philippi Macedonis. Diod. 530. b. Regnauit ann. 6. Euseb. sed obseruato initio eius, & morte ex Diodoro, colligitur 7. annis fere regnasse.

– Philippus cùm annos 24. regnasset, occisus est ann. 1. olymp. 111. Diod. 527. b. & 525. b. Mortuus est regnãte Athenis Pythodemo. Arrian. in reb. gestis Alex. Magni in principio. Hoc est eo anno Macedonico quo Pythodemus summum magistratum inijt.

ALEXANDER MAgnus cæpit vigesimus tertius regnare apud Macedones annos fere 20. natus. Arria. ibidem. Regnauit ann. 12. mens. 7. Diod. 581. a.

Vixit 32. annis, mensibusq; 8. quemadmodũ Aristobulus tradidit, regnauit vero 12. ac mensibus illis 8. Arrian. pag. 336. b.

416 *C. Sulpicius, Ser. f. Q. n. Longus.* *P. Aelius Paetus.*

200
183

4
111

3632

Pythodemus. 412

1 *Euænetus.*

201
184

18. *Hebdomadis initium.*

417 *L. Papirius, L. f. M. n. Crassus.* *K. Duilius.*

3633

Sanaballat templũ cõstruxit in monte Garizim cõcedente Alexandro Magno, & Manassem generum suum fratrem Iaddi pontificis, constituit pontificẽ per Samariam. Iosep. Ant. 11. cap. 8. Euseb. an. 2. Alexandri Magni, & olymp. 111. anno 2.

– Thebę Bœotie captæ ab Alexãdro Magno, & dirutæ mẽse Bœdromione, eo fere tempore quo mysteria agebantur. Plut. in Camillo, pag. 64. a. pag. vero 256. c. in vita Alex. instãte solennitate mysteriorum funditus deletas esse clare insinuat, nam ob mœrorem dirutæ vrbis ea intermissa ait. Diod. quoq; captas Thebas ponit Euæneto Athenis archonte, lib. 17. pag. 534. b.

413

418 *M. Valerius, M. f. M. n. Coruus IIII.* *M. Atilius, M. f. Regulus.*

202
185

– Euencto Athenis archonte Alexander Magnus traiecit in Asiam. Eratostenes apud Clem. Strom. lib. 1. pag. 36. E. Diod. hunc traiectum describit sub Ctesicleo archonte, vnde verisimile est fine vnius inchoatũ, pariterq; initio alterius transitum hunc profectum fuisse.

2 *Ctesicleus.*

3634

414

419 *Ti. Veturius Caluinus.* *Sp. Postumius Regillensis.*

203
186

Cales colonia deducta est T. Veturio Caluino, & Sp. Postumio Albino Coss. Liu. dec. 1. pag. 186. & Vell. pag. 5. E.

3

3635

Olymp: *à Nabon* *Sol. capt. Templi 2.* *Mundi & veri.* *Ro. cond.* *Olymp:* *à Nabon:* *Sol. capt. Templi 2.* *Mundi.* *Ro. cond.*

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.	
Nicocrates.	415	*Sabbatum* 204 187 *terræ 29.*		420 *A. Cornelius, P.f.A.n. cosus Aruina II.* *Cn. Domitius Caluinus.* *Albinus.*	Hic nonnulli annum sine consulibus inserunt, sed cùm alienum hoc sit ab historia Liuij, & Diodorus Cassiodorusque consules vt hic nos continuent, recte cum Henrico Glareano chronographo in primis erudite hiatum hunc abscimus.
4 112 *Niceratus.*	416	205 188	3636	421 *M. Claudius Marcellus.* *C. Valerius Potitius Flaccus.*	
1 *Aristophanes.*	417	206 189	3637	422 *L. Papirius, L.f.M.n. Crassus.* *L. Plautius, L.f. Venno.*	Eclypsis Lunæ, à qua Calippus suas periodos 76. annorum inchoat, & 2. post nocte, vt ait Plut. in vitis pag. 260. b. inita pugna cum Darij copijs prope Arbelam ab
2			3638		

Graecorũ monarchia incipit b. Q. capite 1.

☾ a. 3688. a.

Alexandro. Factam auté hic esse eclypsim Lunæ, ex eclypsi proxime præcedente anno à Nabonassaro 367. sic colligimus. Tempus inde hucusque 636. periodis oppositionum emensu atur, illis enim exacte respondent anni Aegyptij 51. dies 166. horæ fere 11. Huic tempori conuenit motus inæqualitatis Lunæ partium 219. 26. quas si addamus ad inæqualitatem oppositionis mediæ in præcedente eclypsi habebimus hic motum inæqualitatis gr. 40. 24. & medium motum maiorem vero gr. 3. 2. Rursus dicto tempori respondet motus latitudinis medius part. 356. 30. qui additus ad medium oppositionis mediæ in priore eclypsi facit gr. 173. 9. vnde subtracta inæqualitate mox inuenta, manet hic verus latit. motus part. 170. 7. à nodo descendente, & post horas 7. 15. in oppositione vera partium 174. 6. qui locus eclypticus est partibus 5. 54. tamen à nodo distans. Dicto enim tempori debetur medius Solis motus gr. 151. 40. qui additus ad medium in oppositione media prioris eclypsis relinquit hic medium Solis motum gr. 18. 37. Tau. verum autem 19. 16. quem occupante Sole media hic oppositio facta est. Quia porro vtriusq; syderis inæqualitas distantiam facit eorundem in oppositione media partium 3. 41. quibus Luna à vera oppositione abest, sequuta est vera oppositio mediam horis 7. 15. fere, quibus ad præfatum tempus pariterq; ad mediæ oppositionis anni 367. momentum additis, colliguntur præter annos ac dies integros horæ 3. 40. à meridie, quo fere tempore medium huius ellypsis iuxta Ptolemei calculos Alexandriæ contingere oportuisset, & Babyloni 4. 30. horis à meridie verum supputatio 5. 30. circiter horis deficit à Plinij assignatione lib. 2. cap. 70. vbi factam ait hanc eclypsim Arbelæ secunda noctis hora (quæ in 10. fere pomeridianam exibat) & in Sicilia Luna exoriente, sed quum calculi defectus conformis sit illi, qui inter annos à Nabonassaro 366. 367. 454. in præmissa eclypsiũ tabula commonstratus est, recte huius eclypsis tempus à Plinio assignatum esse, dubitari non potest.

Inuenta autem eclypsis hæc in ea parte anni, optime quadrat cum Aeliani testimonio, mense Thargelione factam, dicentis, Thargelion enim primo post intercalarem anno, in quem hæc eclypsis incidit, Tauri signo respondet, vt non difficile est ex mensium ordine, & Possideonis Locatione apud Ptol. annis à Nabonassaro 367. & 454. colligere.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.	
Aristophontes.	418	207 190		*sus II.* 423 *L. Aemilius, L.f.L.n. Mamercin. II.* *C. Plautius, P.f.P.n. Decianus.*	Darius à præfecto suo Besso per seditioné occisus est anno 3. olymp. 112. Diod. Apparet 6. annum Alexandri apud Diod. diligenter perlegenti 4. circiter mensium spacio post pugnam ad Arbelam occisum esse. Euseb. occisum notat anno 7. imperij Alexandri.
3 *Cephisophon.*	419	208 191 *19. Hebdomadis initium.*	3639	424 *C. Plautius, C.f.C.n. Proculus.* *P. Cornelius, Scipio Scapula.*	Ioseph dux Iuda annis 7. Philo. Annij.
4 113 *Euthycrius.*	420	209 192	3640	425 *L. Cornelius Lentulus.* *Q. Publilius, Q.f. Q. n. Philo.*	Alexandriam in Aegypto conditam esse L. Cornelio Lentulo, & Q. Publio Philone II. Coss. proditum est. Alexauder etiam Epiri rex Lucanis aduersus Samnites subsidium veniens, in terminis Lucanorum ac Brutiorum occisus est. Liu. dec. 1. pag. 189. b.
1			3641		

Antigonus, Philippi filius, Phrygię maiori. Iustin.lib.13. pag.140. a. Diod.582.b. lib.18. in principio.
Cassander, filius Antipatri, stipatoribus regis satellitibusq;. Iustinus. Diodorus.
Lysimachus Thraciæ & regionibus Pontici maris. Diod. Iustin.
Seleucus, Antiochi filius, summum castrorum tribunatum adeptus est. Iustin.

Ab Alexandri morte vsque ad Agathoclis tyrannidem inchoatam cum 7. integros numeret annos Diod. in præfatione libri 18. quiq; tamen sigillatim enumerat, duos præterit simul cum Archontibus Athen. aut sane scribarum oscitantia exciderunt, aut sine numero reliquis admiscentur. Nos vt facilius intermissorum loca coniectare liceat, simul vt perplexa & obscura ad Seleucidarum regnum vsq; tempora illustrarentur, & distinguerentur, ex iis tius summa capita rerum gestarum eius temporis annotauimus.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.
	421			*lo II.*
		210 / 193		426 *C. Poetelius, C.f.C.n. Libo. Volusus II.* / *L. Papirius, Sp.f.L.n. Cursor.*
2			3642	
	422	*Sabbatum terræ 30.*		427 *L. Furius, Sp.f.M.n. Camillus II.* / *D. Iunius Brutus Sæua.*
		211 / 194		
3			3643	
	423			428 *L. Papirius, Sp.f.L.n. Cursor* / *L. Papirius, L.f.M.n. Crassus*
		212 / 195		
4 / 114			3644	

Alexander Magnus obijt an. à Nabonassaro 424. Ptol.lib.3.cap.8.pag.82.b.

Decessit Alexander 4. Cal. Quintiles, vt Plut. in eius vita in fine testatur, se ex eius Diarijs verbum fere ex verbo transcripsisse. Decessit 114. Olympiade, Hegesia summum magistratum Athenis gerente, vixit 32. annis mensibusq; 8. annis vero 12. regnauit, ac mensibus illis 8. Arrian. ex Aristobulo pag.336.b. Decessit Alexander mensem 1. annos 3. & 30. natus, Iustin.pag.134.b. Clemens Strom.lib.1. pag.30. D. colligit à Roma condita ad mortem Alexandri annos 429. in quorum postremum etiam mors eius cadit.

Mortuo Alexandro interregnum fuit, & ingens dissidiũ, quo paulo post sedato communibus votis creatus est rex, & successor Alexandro ARIDEVS, frater eius, donec filius Alexandri adolesceret, & regni totius procurator constitutus est Perdicas. Diod.lib.13. in principio. Prouincijs autem præfecti sunt cum alijs alij, tum præcipui, qui post regnum inuaserunt Ptolemeus, filius Lagi Aegypto, qui 40. annis regnauit. Eusebio cum 39. tantum reperiantur, sed Iustin.lib.16. pag.162. b. dicit Ptolemeum ante infirmitatem, qua vita defunctus est filio publice regnum tradidisse, vt sic annum forte integrum cum filio regnarit,
Eumenes Cappadociæ & Paphlagoniæ. Diod.582. Iustin.140.

Olymp.	à Nabon.	Sol. capt. Templi 2.	Mundi.	Ro. cond.
				Dictator. / *Mag. Eq.*
	424			429 *C. Sulpicius, Ser.f.Q.n. Longus II.* / *Q. Aulius, Q.f.A.n. Cerretanus.*
		213 / 196		
1			3645	
	425	*Initium cycli decemnoualis.*		430 *Q. Fabius, M.f.N.n. Maximus Rullian.* / *L. Fulvius, L.f.L.n. Curuus.*
		214 / 197		
2			3646	
	426			431 *T. Veturius Caluinus II.* / *Sp. Posthumius Rugillensis Albin.*
		215 / 198 *20. Hebdomadis*		
3			3647	

Iaddus pontifex Iudæorum mortuus videtur paulo post Alexandrum Magnum, ex Iosepho Ant.lib.11. in fine. Successit Onias eius filius, qui iuxta Philonem Annij præfuit annis 27. forte præfuerit 23. tantum, vt sequens Simon iuxta Eusebij chronologiam recte locetur.

Abner Semei dux Iuda annis 11. Philo. Annij.

Perdicas postquam annos 3. imperauit, à suis militibus iugulatus

3221.a.4107. 4107. 3192. Regnum Aegypti restitutum A. P. cap.1.

...nitium. ...us II.

est. Diod. lib. 18. pag. 596. b.

– Pithone se regum filiorum Alexandri tutela abdicante, Macedones Antipatrum tutorem eligunt, qui mox conuocata concione satrapias de integro partitus est, & præter cæteros præcipuis hoc modo distribuit.

Seleuco Babyloniam.

Antigono Susianam propterea quod hic primus autor fuerat, inuadendi Perdicæ

Antigono Philippi filio Phrigiam magnam, & Ciliciam sicut ante habebat, & regiarum copiarum ducem eum creauit.

Cassandrum filium suū tribunum castrorum adiunxit Antigono, Philippi filio. Hæc post mortem Perdicæ acta sunt, vt patet ex Diod. in Antigono Susianæ præfecto lib. 18. pag. 597.

427

432 *Q. Publilius, Q. f. Q. n. Philo III.* *L. Papirius, Sp. f. L. n. Cursor II.*

3

216 / 199

– Antigonus in Asia dux creatus ad Eumeni bellum inferendū coegit ex Hybernis exercitū, mox in Cappadocia Eumenis exercitum cæcidit, Eumenes in Noran Phrygiæ præsidium fugit, vbi integrum annum obsessus tandem fide data dimissus est, Diod. lib. 18. pag. 597. b. 598. b. 602. b.

4 / 115

3648

4 / 116

428

433 *L. Papirius, Sp. f. L. n. Cursor III.* *Q. Aulius, Q. f. Au. n. Cerretanus II.*

217 / 200

– Eumenes obsidione liberatus annua, totius Asiæ imperator à reliquis regnorum præfectis, & regib. ipsis creatur, paulo post Archippo Archonte deficiens ab Antigono castra mouit, Cappadocia opem laturus Olympiadi, & eius filio regi aduersus Antigonum regnum sibi vendicare volentem. Diod. sub Archippo archonte, pag. 604. b. Profectus autem cum copijs in Phæniciam est, vbi classem comparauit Polyspercho̅ti ad trāsportandos Macedones in Asiam aduersus Antigonum. Diod. pag. 606. b. Inde vrgente Antigono in superiores orientis satrapias profectus est. Diod. 610. b. sub Archippo Archonte.

1

3649

Sabbatum terræ 31.

429

434 *L. Plautius, L. f. L. n. Venno.* *M. Folius, C. f. M. n. Flaccinator.*

218 / 201

2

3650

430

435 *Q. Æmilius, Q. f. L. n. Barbula.* *C. Iunius, C. f. C. n. Bubulcus Brutus.*

– Eumenes hybernat in Babylone. Diod. 617. b. Et Antigonus in Mesopotamia. Diod. 619. a. Arideus dictus Philippus, cùm fuisset rex Macedonum annis 6. & mens. 4. occisus est cū Eurydice vxore ab Olympiade. Diod. 617. a.

Cassander illi successit rex Maced. ann. 19. Euseb.

219 / 202

3651

– Agathocles Syracusis regnare incipit sub Demogene Archonte Athen. annis ab excidio Troiæ exactis 866. Diod. lib. 19. in principio pag. 612. a. b. In annorum summa vnus Diodoro deest, quemadmodum & in altera summa anno mundi 3565. notata.

431

436 *Sp. Nautius, Sp. f. Sp. n. Rutilus.* *M. Popilius, M. f. M. n. Lænas.*

220 / 203

Antigonus ex Mesopotamia venit Babylonem, communicatum cum Seleuco, & Pithone de rebus gerendis, dein traiecto Tigri contendit in hostes Susam, quibus auditis Eumenes ad Tigrim proficiscitur, ibi hostem operitur. Diod. 620. a.

3652

– Circa Caniculæ ortum Antigonus ad Tigrim veniens, ab Eumene pulsus est, indeq; Bagadam, ac mox Ecbatanam Mediæ proficiscitur. Diod. anno 1. olymp. 116. Archonte Athenis Democlide pag. 620. b. Eumenes motis castris ad Persepolim contendit 662. a. Paulo post eductis in se mutuo exercitibus prælium fecerunt in Paretacis, discessum autem vtrinque ad refocillandas & reparandas copias, Antigonus ad Gamarga Mediæ, Eumenes ad Gabenam abeuntes, ibi quoq; hyemarunt, 626. & deinceps.

– Olympias mater Alexādri à Cassandro capta, & necata est, Roxane item Alexādri vidua cum filio rege in custodiam data. Diod. ann. 1. olympiad. 116. pag. 634.

432

437 *L. Papirius, Sp. f. L. n.* *Q. Publilius, Q. f. Q.*

– Circa solstitium Hybernum Eumenes & Antigonus cōfligūt, Macedones capta impedimenta vxores & liberos vt recuperent, Eumenem comprehensum Antigono tradūt, à quo in

Olymp. | à Nabon. | Sol. capt. Templi 2. | Mundi & veri. | Ro. cond. | Olymp. | à Nabon. | Sol. capt. Templi 2. | Mundi. | Ro. cond.

Cursor IIII.
n. Philo IV.

terfectus ille est. Antigonus deinceps hybernat in Media. Diod. 628. b. 631. a. b.

221
204

Antigonus in Persidem proficiscitur post Susas. Diod. 632. b. 633. a.

1

Thebæ in Bœotia instauratæ à Cassandro, anno 20. postquam ab Alexandro deletæ erant. Diod. lib. 19 pag. 635. b. Democlide Archonte.

3653

433

Antigonus ex Susiana Babylonem venit, hic initia inimicitiarum inter ipsum, & Seleucum Babyloniæ satrapã. Seleucus in Aegyptum ad Ptolemeum fugit, Antigonus Babyloniam occupat. Diod. 636. a.

438
M. Pætelius, M. f. M. n. Libo.
C. Sulpicius, Ser. f. Q. n. Longus III.

– Antigonus in Syria superiore hybernat post occasum Orionis, Ptolemeus, Lysimachus & Cassander ipsi hostes fiunt. Diod. 636. b. & 637. a.

222
205
21. Hebdomadis initium.

2

3654

434

439
L. Papirius, Sp. f. L. n. Cursor V.
C. Iunius, C. f. C. n. Bubulcus

Antigonus relicto antea in Syria Demetrio filio, Celenas Phrygiæ traductum exercitum in Hyberna distribuit. Diod. 642. a.

223
206

3

3655

Olymp. | à Nabon. | Sol. capt. Te. pli 2. | Mundi & veri. | Ro. cond.

435

Brutus II.

Antigonus vrbes Cariæ sibi subijcit. Diod. 644. b.

440
M. Valerius, M. f. M. n. Maximus.
P. Decius, P. f. Q. n. Mus.

224
207

4
117

3656

436

441
C. Iunius, C. f. C. n. Bubulcus Brutus III.
Q. Aimilius, Q. f. L. n. Barbula II.

Antigonus in Propontide hybernat. Diod. 645.

Sabbatum terræ 32.

Ptolemeus Demetrium Antigoni vicit, Seleucus Babylonem recuperat, & Susianam ac Mediam. Diod. 649. 650.

225
208

Demetrius ab Antigono patre missus iterum Babylonem capit. Diod. 654. a. b.

1

3657

Anno 2. olymp. 117. Cassander, Ptolemeus & Lysimachus cum Antigono pacem faciunt cum fœdere, vt Cassander dux sit Europæ, donec Alexander, Alexandri & Roxanæ filius, adolescat, Lysimachus Thraciæ imperet, Ptolemeus Aegypto & vrbibus ei conterminis in Africa, & Arabia, Antigonus præsit vniuersæ Asiæ. Diod. ann. 2. olymp. 117. præfecto Athenis Simonide 655. b. Huic videtur Albategnius æram Halicarnaim ordiri.

Matathia Elih dux Iuda ann. 12. Philo. Annij. Cassander Alexãdrum cum matre Roxana, Herculẽ quoq; cum matre Arsine, Alexandri Magni filios necari iubet ann. 2. olymp. 117. Archonte Athenis Simonide. Diod. pag. 655. Iustin. lib. 15. pag. 155. a. b.

437

442
Q. Fabius, M. f. N. n. Maxim. Rullian. II.
C. Marcius, C. f. L. n. Rutilus.

– SELEVCVS NICANOR, cùm Babylonem cæpisset Asiæ diadema capiti suo imposuit, anno post Alexandri mortẽ 12.

Seleucidarum regnum incipit. 3733. *b.* Q. *cap.* 1.

226
209

Olymp. | à Nabon. | Sol. capt. Templi 2. | Mundi. | Ro. cond.

(14. legendum) ad quem à Cyro incipientibus omnis temporis summa annorum 248. colligitur. Ab hoc ipso tẽpore Græcorum regnum numerare incipit Machabeorum historia. Euseb. demonstr. lib. 8. cap. 2. pag. 400. b.

Ptolomeus hinc numerat annos secundum Chaldæos. Regnauit Seleucus 42. ann. App. Alex. 232. G. sed intelligit App. ex quo illi primum assignata Babylonia prouincia, an. 3648. Euseb. dat illi 32. annos monarchiæ, quod proxime conuenit.

Q. Fabius consul Hetruscos cæcidit ad lacum Vadimonis, deinde cum eorum reliquijs ad Perusiam dimicauit, oppidum deditione accepit, præsidium imposuit, triumphans Vrbem inuectus est, & continuatus illi consulatus in sequentem annum, ob egregie perdomitam Hetruriam. Liu. dec. 1. pag. 217. b. & 218. b.

Hoc loco Verrius Flaccus L. Papirium Cursorem dictat. II. & C. Iunium Bubulcum Brutũ Mag. equitũ II. interponit sine Coss. annum vnum rem gerentes, sed ex Liuij iam recitata sententia, tum ex Diodori, Fastorũ, Græcorum, Cassiodori, Cuspiniani, & nostro sæculo doctissimorum virorum Caroli Sigonij, & Onuphrij Panuinij autoritate hos excludimus, astipulatur nobis distantia inter I. & VI. consulatus M. Valerij Coruini anno Vrbis 452. notata, & Samnitici belli termini anno Vrbis 457. signati.

Anni Seleucidarum in sacris literis initium suũ habent ab Artemisio mense, hoc est, nõ longe ab æquinoctio verno, vt Hebræorum anni, quod patet ex 2. Mach. 11. v. 21. 33. vbi Dioscorus mensis prior, & Xandicus posterior ambo in eodem anno computantur. Artemisium autẽ non longe ab æquinoctio verno incipere patet anno mundi 3739. vbi Xandicus mensis proxime cũ præcedens cũ signo Piscium fere inchoatus deprehenditur.

P. Sempronio Longo, L. Sulpicio Coss. anno à condita vrbe 448. primum Romæ annulorum vestigium extat tabula, quam Flauius ex mulctatio ære conflatis annulis fabricauit in dedicationem ædis Concordię, 104. annis post ædem Capitolinam dedicatam. Plin. lib. 33. cap. 1.

Olymp.: 2, 3, 4, 118
à Nabon.: 438, 439
Templi 2. Seleucid.: 210 / 1, 211 / 2
Mundi & veri: 3658, 3659, 3660
Ro. cond.: 443 P. Decius, P. f. Q. n. Mus II. / Q. Fabius, M. f. N. n. Maximus Rullianus III. — 444 Ap. Claudius, C. f. Ap. n. Cæcus. / L. Volumnius, C. f. C. n. Flam-

Olymp.: 1, 2, 3, 4, 119
à Nabon.: 440, 441, 442, 443
Templi 2. Seleucid.: 212 / 3 22. Hebdomadis initium. — 213 / 4 — 214 / 5 — Sabbatum terræ 33. — 215 / 6
Mundi.: 3661, 3662, 3663, 3664
Ro. cond.: ma Violens. — 445 Q. Marcius, Q. f. Q. n. Tremulus. / P. Cornelius, A. f. P. n. Aruina. — 446 L. Postumius, L. f. Sp. n. Megellus. / Ti. Minucius, Augurinus. — 447 P. Sempronius, P. f. C. n. Sophus. / P. Sulpicius, Ser. f. P. n. Sauerrio. — 448 Ser. Cornelius, Cn. f. Cn. n. Lentulus. / L. Genucius, L. f. M. n. Auentinensis.

Olymp. 120

Olymp.: 1, 2, 3, 4 — 120

à Nabon.: 444, 445, 446, 447

Templi 2. Seleucid.: Initium cycli decemnoualis. — 216 / 7 — 217 / 8 — 218 / 9 — 219 / 10 — 23. Hebdomadis

Mundi & veri.: 3665, 3666, 3667, 3668

Ro. cond.: ...tulus. ...timensis.
- 449 M. Liuius, M.f.C.n. Denter. — M. Aimilius, L.f.L.n. Paullus.
- 450 Q. Fabius, M.f.N.n. Maxim. Rull. II. Dictator. — M. Aimilius, L.f.L.n. Paullus Mag. Equitum.
- 451 Q. Appuleius .... f.C.n. Pansa. — M. Valerius, M.f.M.n. Coruus V.
- 452 M. Fuluius, Cn.f.Cn.n. Pætin. — T. Manlius, T.f.T.n. Torquatus

C. Aimilio Paulo, M. Liuio Deutere Coss. classis Græcorum Cleonymo, duce Lacedemonio, ad littora Italiæ appulsa, Thurios vrbem in Salentinis cæpit. Liuius dec. 1. pag. 222.

Hos Dictatorem & Mag. Equitum siue Coss. à Diodoro & Cassiodoro prætermissos, & à Liuio obscure recitatos ex capitolinis fragmentis aliisq; solidis rationibus Onuphrius & Carolus Sigonius inseruerunt.

M. Valerius Coruinus centesimũ annum compleuit, cuius inter primum & sextum consulatũ 46. anni intercesserunt. Val. Max. lib. 8. cap. 14. & iisdem verbis, Plin. lib. 7. cap. 48.

– Simon Iustus, qui & Priscus cognomento pontifex Iudæorum annis 13. Philo. Annij. Euseb. hunc clarum ponit anno 1. olymp. 120.

Olymp. 121

Olymp.: 1, 2, 3, 4 — 121

à Nabon.: 448, 449, 450, 451

Templi 2. Seleucid.: initium. — 220 / 11 — 221 / 12 — Sabbatum terræ 34. — 222 / 13 — 223 / 14

Mundi: 3669, 3670, 3671, 3672

Ro. cond.:
- 453 L. Cornelius, Cn.f. Scipio. — Cn. Fuluius, Cn.f.Cn.n. Maxim. Centumal.
- 454 Q. Fabius, M.f.N.n. Maxim. Rullian. IV. — P. Decius, P.f.Q.n. Mus III.
- 455 Ap. Claudius, C.f. Ap.n. Cæcus II. — L. Volumnius, C.f.C.n. Flam. Violens II.
- 456 Q. Fabius, M.f.N.n. Maximus — P. Decius, P.f.Q.n. Mus IV.

– Seleucus Nicanor anno 12. regni sui cõdidit Antiochiam Syriæ. Euseb.

– Antigonus & Alexander, filij Cassandri, reges Maced. annis 4. Euseb.

Hieron rex Syracusarum post Agathoclem an. 2. olymp. 120. Paus. 235. b.

Asarmahat dux Iudæorum ann. 9. Philo. Annij.

A. M. Valerio & A. Cornelio Coss. qui primi Samnio arma intulerunt vsq; ad Q. Fabium, P. Decium hactenus 46. annum cum Samnitibus bellatum est. Liu.

Rullianus V. dec.1. lib.10. pag.237.a.

452

457 L. Posthumius, L.f. Sp.n. Megellus II. M. Atilius, M.f. M.n. Regulus.

224
15

– Demetrius rex Macedonum annis 6. Euseb.

1

3673 ♌

♎

453

458 L. Papirius, L.f. Sp.n. Cursor. Sp. Caruilius, C.f. C.n. Maximus.

☾.✱.

– Timocharis Alexandriæ obseruauit Lunam contingere septentrionalem earum stellarũ quæ sunt in frõte Scorp. boreali sua extremitate anno 36. primæ secundum Calippum periodi, exacto Posideonis 23. die, Phaophi vero 16. hora 10. incipiente. Et est annus 454. à Nabonassaro, Phaophi 16. sequente 17. post mediam noctem, horis æqualibus 3. 24. Sole existente in 26. 0. Sagitt. Ptol. lib.7. capite 3.

♐

☾.✱.

225
16

♈

✱ Timocharis Alexandriæ obseruauit coniunctionẽ Lunæ cum spica Virg. anno 36. primæ secundum Calippũ periodi, Elaphebolionis die 15. Tybi vero die 5. (transacto) sequẽte 6. ante mediam noctem, horis æqualibus, temporalibusq; 4. proxime, erat enim Sol in 15. Pisc. Centrum Lunæ erat in 21. 21. Virg. Et est annus à Nabonassaro 454. Ptol. lib.7. cap.3.

♊

2

3674

454

459 Q. Fabius, Q.f. M.n. Maximus Gurges. D. Iunius, D.f. Brutus Scæua.

226
17

24. Hebdomadis initium.

3

3675

Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi & veri.	Ro. cond.

Nicodorus Archon Athen.

455

460 L. Posthumius, L.f. Sp.n. Megellus III. C. Iunius, C.f. C.n. Brutus Bubulcus.

Anno Vrbis conditæ 460. Nicodorus functus est summo Magistratu Athenis. Plin. pag.39.a.

227
18

4
122

3676

456

461 P. Cornelius, P.f. Rufinus. Man. Curius, Man.f. Man.n. Dentatus.

228
19

1

3677

457

Sabbatum tertius. Iubileus quintus.

462 M. Valerius, M.f. M.n. Coruinus. Q. Cædicius, Q.f. Noctua.

229
20

2

3678

458

463 Q. Marcius, Q.f. Q.n. Tremulus. P. Cornelius, A.f. P.n. Arvina.

Artaxat Nagid. dux Iuda ann. 10. Philo. Annij.

230
21

– Pyrrhus rex Macedonum menses 7. Euseb.

3

3679

Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi.	Ro. cond.

ius II.
II.

Epiphan. de mensuris pag. 616. a. Ab hoc initio Philadelphi videntur anni secundum Dionysium à Ptol. numerari.

– Lysimachus rex Maced. annis 5. Euseb.

459 | 463 | 464 | 468

M. Claudius, M. f. Marcellus. C. Nautius, Sp. f. Sp. n. Rutilus.

P. Cornelius Dolabella Maximus. Cn. Domitius, Cn. f. Caluinus.

Initium cycli decemnouennalis.

231 22 | 235 26

4 123 | 4 124 | 3680 | 3684

Philetærus Tianesis à Lysimacho præfectus est arci Pergamensi, & thesauro regio, præfuit ann. 20. Strabo. 595.

– Ptolomeus Ceraunus rex Maced. ann. 1. Euseb.

Sabbatum terræ 36.

460 | 464 | 465 | 469

M. Valerius Potitus. C. Ælius Pætus.

C. Fabricius, C. f. C. n. Luscinus. Q. Æmilius, Cn. f. Papus.

Timocharis Alexandriæ obseruauit australem mediam partem Lunæ inductam ad 3. vel mediam succedentem vergiliarum partem, anno 47. primæ secundum Calippum periodi, 8. Anthesterionis, Athir die 29. sequente 30. ante mediam noctem horis æqualibus 3. 20. Sol erat in 7. Aquarij. Et est tempus annorum 465. à Nabon. Ptol. lib. 7. cap. 3.

232 23 | 236 27

– Eleazarus, frater Simonis Iusti suscepit templi ministerium filio Simonis Onia paruo admodum derelicto. Euseb. an. 37. Ptol. Lagi, & olymp. 123. ann. 1. Philo. Annij huic tribuit annos 20. Euseb. 23. vt minimũ ad summum 24.

1 | 1 | 3681 | 3685

– Meleagrus rex Maced. mens. 2. Euseb.

461 | 466

C. Claudius . . . . f. C. n. Canina. M. Æmilius Lepidus.

465

– Antipater rex Maced. dies 45. Euseb.

233 24

25. Hebdomadis initium.

470

L. Æmilius, Q. f. Q. n. Barbula. Q. Marcius, Q. f. Q. n. Philippus.

Anno 48. primæ secundum Calippum periodi, qui est 466. à Nabon. Timocharis obseruauit Alexandriæ Lunã coniunctam spicæ parte sua boreali Panepsionis, desinentis die 6. Thot autem 7. sequente 8. post mediam noctem, horis temporalibus 3. 30. quæ sunt æquinoctiales 4. 7. proxime, Sol enim erat in medio Scorp. Ptol. lib. 7. cap. 3.

– Sosthenes rex Macedon. ann. 2. Euseb.

2 | 3682

462 | 467 | 237 28

C. Seruilius Geminus Tucca. L. Cæcilius, C. f. Metellus.

Ptolomeus Philadelphus rex Aegypti Iudæos in Aegypto seruientes manumittit, & ab Eleazaro pontifice Iudæorum sacrã scripturam, & 70. seniores ad eam interpretandam petit. Euseb. ann. 3. Ptol. Philadelphi.

234 25

2 | 3 | 3683 | 3686

– Ptolomeus Philadelphus rex Aegypti annis 38. Euseb.

3697. 2.

Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi & veri.	Ro. cond.	Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi.	Ro. cond.

Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi & veri.	Ro. cond.	Consules	
3	466	238 / 29	3687	471	*P. Valerius Lævinus.* *T. Coruncanius, Ti. f. Ti. Nepos.*	Bellum Tarentinum cæptum est L. Aimilio Barbula, & Q. Marcio Philippo Coss. Onuph.
4 / 125	467	239 / 30	3688	472	*P. Sulpicius, P. f. Ser. n. Sauerrio.* *P. Decius, P. f. P. n. Mus.*	Antigonus Ionathes rex Maced. annis 36. Euseb. — Solstitium obseruatum ab Aristarcho anno 44. à morte Alexandri, & anno 50. (completo, aut 51. vertente) primæ secundum Calippũ periodi, ab æstiuo solstitio in Apseudis magistratu annis 152. à solstitio æstiuo Ptolemei 3. Antonini anno obseruato annis 419. Ptol. lib. 3. cap. 2.
1	468	240 / 31 *26. Hebdomadis initium.*	3689	473	*C. Fabricius, C. f. C. n. Luscinus II.* *Q. Aimilius, Cn. f. Papus II.*	— Hagaieli dux Iuda ann. 8. Philo. Annij. Lysimachus 7. mensibus ante Seleuci, Nicanoris mortem à Seleuco ipso occiditur. Iustin. pag. 168. b. — Anno 2. olymp. 125. regnante Athenis Anaxicrate Galli, duce Brenno, aduersus Græcos expeditionem susceperũt. Paus. 417. b. — ANTIOchus Soter, rex 2. Seleucidarum imperauit Syriæ & Asiæ annis 19. Euseb.
2	469	241 / 32	3690	474	*P. Cornelius, P. f. Rufinus II.* *C. Iunius, C. f. C. n. Brutus Bu-*	

☉.♋. 4:07.2.3638.

Olymp.	à Nabon.	Templi 2. Seleucid.	Mundi.	Ro. cond.	Consules	
					bulcus II.	
3	470	242 / 33	3691	475	*Q. Fabius, Q. f. M. n. Maxim. Gurges II.* *C. Genucius Clepsina.*	— Anno 3. olymp. 125. Galli post multam cladem iterũ in Asiã transire adnitentes ad vnum omnes perierunt, regnãte Athenis Democle. Paus. 417. b.
4 / 126	471	243 / 34 *Sabbatum terræ 37.*	3692	476	*Man. Curius, Man. f. Man. n. Dentatus III.* *L. Cornelius, Ti. f. Ser. n. Lentulus.*	
1	472	144 / 35	3693	477	*Ser. Cornelius Merenda.* *Man. Curius, Man. f. Man. n. Dentatus IIII.*	
2	473	245 / 36	3694	478	*C. Fabius Dorso.* *C. Claudius .... f. C. n. Canina II.*	

Gizid 3. Amiras 16. Saracen. regnat ann. 1. Funct. Izidus Leipsus principatum apud Saracenos suscipit anno 3. Constantini Copronymi. Cedren. pag. 379. a.

– 4. Non. Nouemb. an. 743. Artabasdus Imp. captus, & oculis priuatus est. Onuph.

743
E. D.
Rachis, Remmonis filius, 31. Longob. rex anno 743. regnat annis 5. mensibus 6. Onuph.

II. P.C. Constantini Co

4710

pron. Aug.

Maruan 3. Amiras 17. Sarac. annis 6. Funct. Maruanus anno 4. Constantini Copronymi fit princeps Saracenorum. Cedren. pag. 379. b.

744
C.
III. P.C. Constantini Copron. Aug.

4711

745
B.
IV. P.C. Constantini Copron. Aug.

4712

746
A.
V. P.C. Constantini Copron. Aug.

4713

– *
Indict. 1.

747
G. F.
VI. P.C. Constantini

4714

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Mundi & veri.	Christi.	
	Copron. Aug.	
4715	748 E. *VII. P.C. Constantini Copron. Aug.*	Rachis abdicante, & monacho facto anno D.749. fit rex 32. Longobard. in Italia eius frater Aistulphus, Remnonis filius, qui regnat annos 7. Onuph.
4716	749 D. *VIII. P.C. Constantini Copron. Aug.*	– 8.Idus Iunij, anno D.750. Indict. 3. VIII. P.C. Constantini Copronymi Aug. Leo Aug. appellatus est à patre Constantino, Imperauit cum patre annos 24. m.3. d.9. Onuph. Anno Constantini Copronymi 9. Maruamus rex Arabum Saracenorum occiditur. Cedren. pag. 380. b. Succedit Muhamad, qui & Abubalas 18. Amiras Sarac. annis 5. Iunct.
4717	750 C. *IX. P.C. Constantini Copron. Aug.*	Hocanno, Indict. 4. Rauenna à Longobardis capta. Exarchi in Italia esse desiere. Onuph. – Anno 751. Childericus rex Franc. regno priuatus ad monachatũ coactus est. Creatus est Cal. Maij in eius locum Pipinus Breuis autoritate Zachariæ põtificis Romani, regnauit annos 17. m. 4. d. 25. Onuph. – 8.Idus Iunij, ann. 751. (Indict.4. festo pentecostes inquit Cedren. pag. 380. b.) coronatus est Fl. Leo 4. Copronymi filius, P.C. patris sui anno IX. Imperauit annos 29. m. 3. d. 4. Cum patre videlicet ann. 24. m.3. d.9. Post patrem ann. 4. m. 11. d. 26. Onuph.
4718	751 B. A. *X. P.C. Constantini Co-*	Idibus Martij, anno 752. Indict. 5. obijt Zacharias pontifex. P.C. Imp. Cæs. Fl. Constantini Aug. anno X. Vacat sedes dies 9. Succedit 8. Calend. Aprilis Stephanus 2. qui Imp. Constantino Aug. sedit dies 3. Obijt 5. Cal. Aprilis Stephanus 3. dictus 2. creatus est 4. Cal. Aprilis, qui Impp. Cæss. Fll. Constantino Copronymo, & Leone eius filio

Mundi.	Christi.	
	pron. Aug.	Augg. sedit annos 5. dies 25. Onuph. Anno D.752. coronatus & consecratus est Carolus Magnus rex Franc. cum patre Pipino & Carolomanno fratre à Stephano pontifice 2. Onuph.
4719	752 G. *XI. P.C. Constantini Copron. Aug.*	
4720	753 F. *XII. P.C. Constantini Copron. Aug.*	– Concilium contra imagines celebrauit Constantinus Copronymus, anno 13. Imperij sui, a. 10. Febr. vsque ad 8. Augusti. Cedren. pag. 381. a.
4721	754 E. *XIII. P.C. Constantini Copron. Aug.*	Habdallas 2. rex 19. Sarac. annis 21. Funct.
4722	755 D. C. *XIV. P.C. Constantini*	Desiderius rex Longobard. 33. & vltimus anno 756

Copron. Aug.

regnauit annos 18. Onuph.

756
B.
XV. P.C. Constantini Copron. Aug.
4723

– 6. Cal. Maij, anno 757. Indict. 10. obijt Stephanus 3. XV. P. C. Fl. Constantini Aug. Vacat sedes 32. Succedit 8. Calend. Iunij Paulus Romanus Impp. Cæss. Constantino & Leone eius filio Augg. sedit in pontificatu annos 10. m. 1. Onuph.

757
A.
XVI. P.C. Constantini Copron. Aug.
4724

758
G.
XVII. P.C. Constantini Copron. Aug.
4725

759
F. E.
XIIX. P.C. Constan-
4726

–○ 13.
Initium cycli decemnoualis à Dionysio instituti, à Beda vero continuati.

Mundi. Christi.

tini Copron. Aug.

760
D.
XIX. P.C. Constantini Copron. Aug.
4727

761
C.
XX. P.C. Constantini Copron. Aug.
4728

– ✻
Indict. 1.

762
B.
XXI. P.C. Constantini Copron. Aug.
4729

763
A. G.
XXII. P.C. Constanti-
4730

– Pridie Nonas Iunij facta est Solis eclipsis. Annon. Apparet autē diligenter apud Annoniū festa natalicia pcedentia & sequētia ænumerāti eā vel 763. vel 764. ⊙. b.

Mundi. Christi.

ni Copron. Aug.

anno factam esse, sed quod anno 764. accidisse verisimilius sit in 3. capite probauimus.

764
F.
XXIII. P.C. Constantini Copron. Aug.

4731

765
E.
XXIV. P.C. Constantini Copron. Aug.

4732

766
D.
XXV. P.C. Constantini Copron. Aug.

4733

– 4. Cal. Iulij, anno 767. Indict. 5. die dominico, obijt Paulus pontifex Rom. XXV. P.C. Constantini Copronymi Aug. Vacat sedes an. 1. m. 1. d. 8. (vsq; ad Stephanum 4.) Eodem die succedit in schismate **Constantinus** 2. sedit an. 1. m. 1. d. 11. (d. 9.) Et contra hunc **Theophilactus** Roman. sedens dies aliquot. Et rursum contra eundem 4. Idus Iulij **Philippus** Romanus, qui sedit annum 1. d. 24. & anno sequenti 768. pridie Nonas Augusti abdicauit. Onuph.

767
C. B.
XXVI. P.C. Constan-

4734

Mundi & veri. *Christi.*

timi Copron. Aug.

– 7. Idus Augusti, an. 768. Constantinus 2. abdicauit, successit **Stephanus** 4. creatus eodem anno Non. Augusti, & consecratus 7. Idus Aug. qui Impp. Cæss. Fl. Constātino & Leōe Augg. sedit ann. 3. m. 5. d. 27. Onuph.

– 8. Cal. Octob. ann. 768. obijt Pipinus, rex Franc. Meyer. Onuph. Eodem die cæpit regnare **Carolus Magnus** cum fratre Carolomanno, regnauit an. 45. m. 4. d. 4. Carolomannus regnauit annos 3. m. 2. d. 11. Onuph.

768
A.
Imp. Cæs. Fl. Leo 4. Aug.

– 4. Non. Aprilis, anno 769. Indict. 7. Imp. Cæs. Fl. Leone 4. Aug. Cos. Fl. **Nicephorus**, & Christophorus Nobb. Cæss. & Fl. Nicetas Nob. Puer appellati sunt, Imperarunt cum patre & fratre annos 6. menses 5. dies 12. Onuph.

4735

769
G.
P.C. Fl. Leonis 4. Aug.

4736

770
F.
II. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.

4737

771
E. D.
III. P. C. Fl. Leonis

– Pridie Cal. Febr. an. 772. Indict. 10. obijt Stephanus 4. pontifex, IIII. P.C. Imp. Cæs. Fl. Leonis 4. Aug. Vacauit sedes dies 9. Successit 4. Idus Februar. **Hadrianus** Romanus, qui Impp. Cæss. Fl. Leone 4. & Constantino eius filio Augg. sedit annos 23. m. 10. d. 17. Onuph.

4738

Mundi. *Christi.*

4. Augusti.

772 C. *IIII. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.* — 4739

– 14. Cal. Maij, Indict. 11. IV. P.C. Imp. Cæs. Fl. Leonis 4. Aug. Fl. Anthimus, Copronymi filius Nobiliss. Puer appellatus est. Imperauit cum patre & fratribus ann. 7, m. 6, d. 3. Onuph.

773 B. *V. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.* — 4740

– Desiderius, rex Longob. prælio victus, captus, & in exilium actus est à Carolo Magno, Francorum rege, mense Maio. Sic Longobardorum in Italia regnũ Francorum factum est, anno postquam Italiam occupauerant 206. mense primo. Onuph.

774 A. *VI. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.* — 4741

– A. D. 18. Cal. Octob. anno D. 775. Indict. 13. Constantinus Copronymus Aug. mortuus est, succesit eius filius FL. LEO 4. Aug. P.C. suum anno 6, qui in Oriente cum fratribus imperauit annos 4. m. 11. d. 26. Onuph.

775 G. F. *VII. P.C. Fl. Leonis 4.* — 4742

– A. D. 18. Cal. Maij, ann. D. 776. Indict. 14. VII. P.C. patris sui Leonis 4. anno, Fl. Constantinus 7. Porphyrogenitus Imp. Augustus, & Fl. Eudocimus Copronymi filius Nob. Puer appellati sunt. Imperarunt cum patre & fratribus annos 4. menses 4.

Mundi. Christi.

Aug.

dies 26. Onuph.

Mady, qui & Muhamad, 20. Saracenorum Amiras annis 9. Funct.

776 E. *VIII. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.* — 4743

– * Indict. 1.

777 D. *IX. P.C. Fl. Leonis 4. Aug.* — 4744

778 C. *Imp. Cæs. Fl. Constantinus 7. Leonis 4. Aug. filius Augustus.* — 4745

– 14. Initium cycli decemnoualis, à Dionysio instituti, à Beda continuati.

779 B. A. *P.C. Fl. Constantini 7.* — 4746

Mundi. Christi.

Porphyrogeniti.

- 7. Idus Septemb. anno 780. Indict. 3. Imp. Leo 4. Aug. mortuus est, Succesit eodem die eius filius FL. CONSTANTINUS 7. Porphyrogenitus, qui in Oriente imperauit cum Eirene matre annos 10. m. 2. d. 2. Et solus postea annis 6. m. 9. d. 8. Onuph.
- 13. Cal. Nouemb. Fl. Nicephorus, Christophorus & Nicetas Nobb. Cæss. & Fl. Anthimus, & Eudocimus Nobb. Pueri coacti ab Eirene Imperio abdicarunt. Onuph.

780 G. II. P.C. Constantini 7. Porphyrogeniti.

- 17. Cal. Maij, die pasche, anno 781. Pipinus, Caroli Magni filius, consecratus & coronatus est rex Italiæ, & Ludouicus Pius, eius frater, rex Aquitaniæ. Regnauit Pipinus cum patre annos 29. m. 1. d. 23. Ludouicus Pius regnauit & imperauit in vniuersum annos 59. menses 2. dies 6. Onuph.

Elpidius contra Constantinum VII. in Sicilia insurgens, paulo post occisus est anno Domini 781. Onuph.

4747

781 F. III. P.C. Constantini 7. Porphyrogeniti.

4748

782 E. IV. P.C. Constantini 7.

4749

⊙. b.

783 D. C. V. P.C. Constantini 7.

4750

Mundi veri. Christi.

Porphyrogeniti.

784 B. VI. P.C. Constantini 7.

4751

Moyses, filius Mady, 21. Amiras Sarac. anno 1. Funct.

785 A. VII. P.C. Constantini 7.

4752

Aaron, Moysi fratri, succedit 21. Amiras Sarac. Regnat annis 23. Funct.

786 G. VIII. P.C. Constantini 7.

4753

- 9. Septemb. anno 7. (completo) Constantini, quæ fuit prima dies septimanæ (dies dominica) hora 5. maxima fuit Solis eclipsis. Cedren. pag. 387. a. Legendum est autem 16. Septemb. vide 3. cap.
- Anno D. 787. celebratum est Nicenum Concilium secundum, de quo in Actis Concilij sic habetur: Imperantibus Pijssimis DD. NN. Constantino cū matre sua Eirene, anno Consulatus ipsius 8. sub 8. Cal. Octobris, Indict. 11. conuenit sancta synodus Oecumenica Nicena 2. Onuph. in comment. fast. Cedrenus item hoc Concilium ponit anno 8. imperij Constantini, pagina 387. a.

787 F. E. IX. P.C. Constantini

4754

Mundi. Christi.

Mundi.	Christi.		Mundi.	Christi.	
	7. Porphyrog.			*ni 7. Porphyrog.*	– * Indict. 1.
4755	788 D. X. P.C. *Constantini 7.*		4759	792 F. XIV. P.C. *Constantini 7.*	
4756	789 C. XI. P.C. *Constantini 7.*		4760	793 E. XV. P.C. *Constantini 7.*	
4757	790 B. XII. P.C. *Constantini 7.*	– 6. Idus Nouemb. anno 790. Indict. 13. Eirene Aug. coacta à filio Cōstantino abdicauit. Imperauit Constantinus 7. Porphyrogenitus deinceps solus annos 6. m. 9. d. 8. Onuph.	4761	794 D. XVI. P.C. *Constantini 7.*	
4758	791 A. G. XIII. P.C. *Constanti-*		4762	795 C. B. XVII. P.C. *Constan-*	– 7. Cal. Ianuarij, anno 795. Indict. 4. obijt Hadrianus pontifex. P. C. Imp. Cæs. Fl. Constantini 7. Leonis filij Aug. anno 16. Succedit eodem die Leo 3. qui Impp. Cæss. Fll. Constantino, Eirenes filio, & Nicephoro Augg. sedit annos 20. m. 5. d. 18. Onuph.

...tini 7.

796
A.

XIIX. P.C. Constantini 7.

4763

– 17. Cal. Septemb. anno D. 797. Indict. 5. Imp. Constantinus 7. Aug. coactus à matre Eirene abdicauit, anno P.C. suum 18. Imperat deinceps FL. EIRENES Aug. annos 5. m. 2. dies 16. Onuph.

797
G.

XIX. P.C. Constantini 7.

–o 15.
Initium cycli decemn. Dionysij, à Beda continuati.

4764

798
F.

XX. P.C. Constantini 7.

4765

799
E. D.

XXI. P.C. Constanti-

4766

Mundi veri. *Christi.*

...ni 7. Porphyrog.

800
C.

– A. D. 8. Cal. Ianuarij, anno 801. ineunte, CAROLVS MAGNVS, Pipini filius, ob egregia in Christianum nomen, & Romanam sedem merita, Romanorum Imperatorum auito Occidenti imperandi more restituto, primus appellatus, Augustusque consecratus est à Leone 3. pontifice Maximo, anno ex quo in Italia imperari desitum erat post Augustuli Imperium 325. Imperauit annos 13. m. 1. d. 4. Onuph.

4767

801
B.

4768

– 14. Cal. Augusti, ann. 802. Bardanes Turcus Patricius ex Prætore Orientis Imp. appellatus est. Non iniit, nam sponte abdicauit, & monachus factus est. Onuph.

– Cal. Nouemb. ann. 802. Indict. 10. Eirene Aug. abdicauit, in eius locum factus est Imp. C. CLAVDIVS NICEPHORVS, qui imperauit in Oriente annos 8. m. 8. d. 26.

802
A.

4769

803
G. F.

– 8. Cal. Ianuarij, anni 803. desinentis Nicephorus Imp Stauratium filium in imperium assumit, qui cum illo imperat annos 7. m. 7. d. 3. Onuph.

4770

Mundi. *Christi.*

804
E.

– Cal. Iunij, 805. anno Turpinus, episcopus Remensis, dedicauit Basilicam, & altare S. Iacobi Compostellæ præsente Carolo Magno. Albericus in chron.

4771

805
D.

4772

– 4. Non. Septemb. anno 806. facta est eclipsis Lunæ, Sole in 16. parte Virg. Luna in 16. Pisc. existente. Annon. Adon. Schafn.

806
C.

– Pridie Cal. Febr. ann. 807. fuit Luna 17. quando stella Iouis quasi per eam transire visa est, & 3. Idus Febr. fuit eclipsis Solis meridie, stante vtroq; sydere in 25. parte Aquarij. Iterum 4. Cal. Martij fuit eclipsis Lunæ, Sole in 11. parte Pisc. Luna in 11. Virg. existente. Annon. Regino.

– 16. Cal. April. eodem an. stella Mercurij visa est in Sole quasi parua macula, nigra paululũ, superior centro eiusdem, quæ à nobis 8. dies cõspicitur, sed quãdo primum intrauit, vel exiuit nubibus impedientibus minime notare potuimus. Annon.

4773

– 11. Cal. Septemb. anno 807. iterum eclipsis Lunæ facta est hora noctis 3. Sole posito in 5. parte Virg. Luna in 5. parte Pisc. Sic ab anni superioris Septembri vsq; ad anni præsentis Septembrem ter Luna obscurata est, & Sol semel. Annon. Regino.

* – *Indictio prima.*

807
B. A.

4774

Mundi. *Christi.*

808
G.

4775

Muhamad, filius Aaronis, 23. Amiras Sarac. annis 5. Funct.

809
F.

– 26. Decemb. anno 809. fuit eclipsis Lunæ. Annon, Regino. ☾. b.

– 7. Idus Iunij, anno 810. fuit eclipsis Solis, & 11. Cal. Iulij Lunæ. Regino. ☉. ☾. b.

4776

– 8. Idus Iulij, anno 810. obijt Pipinus, Caroli Magni filius, rex Italiæ. Onuph.

☾. a.

810
E.

– Pridie Cal. Decemb. ann. 810. fuit eclipsis Solis. Regino. ☉. b.
& 18. Cal. Ianuarij Lunæ, Adon. Annon. ☾. b.

☍. ♃.
☉. ☾.
☿. a.

4777

– 8. Cal. Aug. ann. 811. Indict. 4. Nicephorus Imp. in prælio occisus est, Imperat deinceps eius filius C. FL. STAVRATIVS in Oriente menses 2. dies 10. Et 6. Nonas Octobris abdicauit. In eius locum imperauit FL. MICHAEL RANGABES ann. 1. m. 9. dies 9. Onuph. ☾. a.

811
D. C.

– 8. Cal. Ian. anno 811. Fl. Theophilactus, Michaelis filius, Augustus appellatus est. Onuph.

– Idibus Maij, anno 812. post meridiem fuit eclipsis Solis, Annon, Regino. ☉. b.

4778

Mundi. *Christi.*

812 B.

☾.b.

— 8.Cal.Ian. anno 813.ineuntis Ludouicus Pius, à patre Carolo Magno Augustus creatus est Aquisgrani, qui cū patre imperauit ann. 1. m. 1. d. 4. Onuph. in fastis. Eodē die Bernardus, Pipini filius, à Carolo Magno auo suo factus est in locum patris sui rex Italiæ. Regnauit annos 5. m. 3. diesq; aliquot. Onuph. in Rom. princip.

4779

— 5.Idus Iulij, ann. 813. Indict. 6. Fl. Michael & Fl. Theophilactus Augusti coacti abdicarunt. Eodem die FL. LEO 5. Armenus, Bardæ filius succesſit, Imperauit in Oriente ann. 7. m. 5. d. 14. Onuph.

813 A.

— 5. Cal. Febr. anno 814. Indict. 7. Carolus Magnus Aug. mortuus est. Imperauit deinceps eius filius LVDOVICVS Pius in Occidente, & regnauit in Francia annis 26. m. 4. d. 24. Onuph.

☉.b. 4780

Habdallas 3. Amiras 24. Sarac. annis 17. Funct.

814 G.

4781

815 F. E.

— Pridie Idus Iunij, anno 816. Indict. 9. obijt Leo 3. pontifex, Impp. Cæſſ. Carolo Magno & Ludouico Augg.

4782

Vacat sedes dies 20. Succedit 10. Calend. Iulij Stephanus 5. qui Imp. Ludouico Pio Aug. sedit menses 6. dies 24. Onuph.

816 D.

— 8.Cal. Febr. anno 817. obijt Stephanus 5. pontifex. Vacat sedes dies 2. Succedit 6. Cal. Febr. Paschalis Romanus, qui Impp. Cæſſ. Ludouico Pio, & Lothario filio eius Augustis, sedit annos 7. m. 3. d. 17. Onuph.

—o 16. Nonis Febr. anno 817. fuit eclipsis Lunæ hora noctis 2. Annon.

4783

817 C.

— Bernardus Italiæ rex cogente Ludouico Pio Imp. anno D. 817. abdicauit. Onuph.

— Circa Cal. Aprilis, anno 818. Bernardus, rex Italiæ, luminibus priuatus, & paulo post occisus est. Onuph.

4784

— 8.Idus Iulij, anno 818. eclipsis Solis. Annon. lib. 4. cap. 105.

818 B.

4785

819 A. G.

— 8.Cal.Ian. ineunte anno 820. Lotharius, Ludouici Pij filius, à patre Augustus est appellatus. Imperauit cum patre in Occidente annos 20. m. 5. d. 26. Onuph.

4786

Mundi & veri. Christi. Mundi. Christi.

820 / F.

– 8.Cal.Decemb. ann. 820. hora noctis 2. eclipsis Lunæ. Annon.lib.4. cap.17.

– 8.Cal.Ian. anno 820. prope exacto (hora noctis prope 10. Cedren. pag. 407. a.) occisus est Leo 5. Imp. In eius locum eodem die factus est Imp. FL. MICHAEL BALBVS, qui in Oriente imperauit annos 8. m. 9. d. 7. Onuph.

Fl. Thomas Constantinus in Asia contra Michaelem Balbum imperium inuasit anno 821. & non multo post occisus est. Onuph.

4787

821 / E.

4788

* Indictio prima.

822 / D.

– Nonis Aprilis, anno 823. die paschæ Lotharius Imp. coronatus est Romæ. Onuph.

4789

823 / C. B.

– 3. Idus Maij, anno 824. obijt Paschalis pontifex. Vacauit sedes dies 4. Succedit 16.Cal.Iunij **Eugenius** 2. qui Impp.Cæs. Ludouico Pio & Lothario Aug. sedit annos 4. menses 6. dies 24. Contra hunc in schismate creatus Zinzimus, post aliquot dies abdicauit. Onuph.

4790

Mundi. *Christi.*

824 / A. ☾.a.

4791

825 / G.

4792

826 / F.

4793

827 / E. D.

– 4.Idus Decemb. anno 827. Eugenius 2. pontifex obijt. Vacat sedes dies 3. Succedit 19.Cal.Ian. **Valentinus** Romanus, sedit m. 1. d. 10. Obijt 11.Cal. Febr. anno 828. Vacat sedes dies 3. Succedit 7. Calend. Febr. **Gregorius** 4. Romanus, qui Impp. Ludouico & Lothario Augg. sedit annos 16. Onuph.

– Cal. Iulij, primo diluculo, Luna in occasu suo defecit. Annon. ☾.b.

4794

Mundi. *Christi.*

828
C.

832
E.

Fl. Michael 4. Porphyrogenitus Cæs. à patre Theophilo Imp. appellatus est anno 833. Imperauit cum patre sub Cæsaris nomine annos plus minus 9. Onuph.

4795

4799

- Cal. Octob. anno 829. mortuus est Imp. Michael Balbus. Eodem die successit eius filius FL. THEOPHILVS, qui in Oriente imperauit annos 12. menses 3. dies 20. Onuph. Zonar. Addit Cedre. successisse patri Indict. 8. pag. 421. a.

- 14. Cal. Decemb. an. 829. Indict. 8. fuit Luna 16. Auent. lib. 4. ann. Boi. pag. 388. a.

8. a. 829
B.

833
D.

4796

4800

830
A.

834
C.

4797

4801

Muhamad 25. Amiras Sarac. annis 40. Mamunus à Cedreno dicitur pag. 450. a. & 451. a.

831
G. F.

835
B. A.

- o 17.
Initium cycli decemnoualis à Dionysio instituti.

4798

4802

Mundi & veri. Christi. Mundi. Christi.

836 G.

4803

* Indictio prima.

837 F.

4804

838 E.

4805

839 D.C.

– 3. Nonas Maij, sub mortem Ludouici Pij, 3. die lætaniæ maioris, feria 4. ante Ascensionem D. hora diei 9. anno 840. facta est eclipsis Solis maxima. Annon. lib.

– 12. Cal. Iulij, anno 840. Indict. 3. obijt Ludouicus

4806

Mundi. Christi.

Pius Imp. & rex Franc. cui succesit filius LOTHARIVS, qui imperauit in Occidēte annos 15. menses 3. dies 10. Onuph.

5. cap. 19. Marianus factam dicit inter 8. & 9. horas.

Carolus Caluus eius frater rex Franc. factus, regnauit annos 37. m. 3. dies 17. Onuph.

840 B.

4807

841 A.

– 13. Cal. Febr. anno 842. Indict. 5. Imp. Theophilus mortuus est. Eodē die factus est Imp. eius filius I L. MICHAEL 3. qui imperauit in Oriente annos 25. mens. 3. Onuph. 14. cum matre Theodora Aug. imperauit, & 11. solus. Zonar. pag. 131. b. Cedren. pag. 457. b.

4808

842 G.

4809

843 F. E.

– 8. Cal. Febr. obijt Gregorius 4. pontifex. Vacat sedes dies 15. Succedit 4. Idus Febr. Sergius 2. Romanus, qui Imp. Cæs. Lothario Aug. sedit an. 3. m. 2. d. 3. Onuph.

– Idibus Aprilis, die paschæ, anno 844. Indict. 7. Ludouicus, Lotharij Imp. filius, rex Italiæ Romæ coronatus est. Regnauit & imperauit annos 31. menses 3. cum dimidio. Onuph. ☉. a.

4810

Mundi. Christi.

844 D.

4811

845 C.

4812

846 B.

– Pridie Idus Aprilis, anno 847. obijt Sergius pontifex, Eodem die creatus est Leo 4. Romanus, qui imperantibus Lothario & Ludouico Iuniore Augg. sedit annos 8. menses 3. dies 6. Onuph.

4813

847 A. G.

4814

848 F.

4815

849 E.

– 8. Cal. Ianuarij, anno 850. ineunte Ludouicus, Lotharij filius, Aquisgrani ex Rege Italiæ Augustus appellatus est. Imperauit cum patre annos 4. menses 8. dies 5. Onuph.

4816

850 D.

4817

851 C. B.

4818

Mundi & veri. Christi. Mundi. Christi.

* Indictio prima.

852
A.

4819

853
G.

4820

854
F.

—o 18.
Initium cycli decemn.

4821

– 16.Cal.Aug.obijt Leo 4. pontifex. Vacat sedes (menses 2.) dies 15. Cal.Octob.creatus est Benedictus 3. sedit Imp.Ludouico Pio, Lotharij filio, annos 2. m. 6. d. 9. Onuph.

– 3.Cal.Octob, ann. 855. obijt Lotharius Imp. & rex Francorum. Onuph. Trit. Succesit patri LVDOVICVS 2. Pius Iunior, qui regnauit & imperauit in Francia & Occidente annis 19. mens. 10. & diebus aliquot. Onuph.

855
E.D.

– 4.Idus Maij, anno 856. Theodora, vidua Theophili Imp. quæ hactenus cum filio Michaele Imperium Orientis administrauerat, coacta omni potestate abdicauit. Onuph.

4822

Mundi. Christi.

856
C.

4823

857
B.

– 5.Idus Aprilis, anno 858. obijt Benedictus 3. pontifex. Vacat sedes dies 5. Anastasius 3. contra hunc in schismate creatus post dies aliquot abdicauit. Succedit 8. Cal. Maij Nicolaus Magnus, qui Imp.Cæs.Ludouico Iuniore Aug. sedit annos 9. menses 6. dies 21. Onuph.

4824

858
A.

4825

859
G. F.

4826

Mundi. Christi.

Mundi & veri.	Christi.		Mundi.	Christi.	
	860 E.			864 G.	
4827			4831		
	861 D.			865 F.	
4828			4832		– 26. Maij, die pentecostes, Indict. 14. **Basilius** fit collega Michaeli Imp. Constantinopolitano. Cedrenus pag. 465. b. Imperauit cum Michaele annum 1. solus 19. Cedren. pag. 487. b. Zonar. pag. 141. b.
	862 C.			866 E.	
4829			4833		– 9. Cal. Maij, anno 867. occisus est Michael Imp. Orientis, succedit eodem die BASILIVS Macedo, coronatus à Photio Patriarcha, qui imperauit annos 18. m. 10. d. 7. Onuph. **Constantius**, Basilij filius, eodem anno creatus Nobiliss. Cæs. aliquot annis cum patre regnauit, sed ante ipsum mortuus est. Onuph.
	863 B. A.			* *Indictio prima.* 867 D. C.	– Idibus Nouemb. anno 867. obijt Nicolaus Magnus pontifex. Vacauit sedes dies 7. Successit 12. Cal. Decemb. **Hadrianus** 2. qui Imp. Cæs. Ludouico Iuniore Aug. sedit annos 5. dies 12. Onuph.
4830			4834		

868
B.

872
D.

– Cal. Decemb. anno 872. obijt Hadrianus 2. pontifex. Vacauit sedes dies 2. Successit 19. Cal. Ian. Ioannes 8. qui Impp. Cæss. Ludouico Iuniore, Carolo 2. Caluo, Ludouico 3. Balbo, & Carolo 3. Crasso Augg. sedit annos 10, dies 3. Onuph.

4835

4839

869
A.

873
C.

Fl. Leo 6. Porphyrogenitus, à patre Basilio Cæsar appellatus est. Imperauit cum patre annos 16. & menses aliquot. Onuph.

–o 19.
Initium cycli decemn. Dionysij, à Beda continuati.

Anno 870. Saraceni cum Persis bella iterarunt. Persæ Turcico milite vsi, illorum auxilijs vicerunt. Ab hoc tempore deinceps nunquam Asiani deseruerunt Turcæ, & primum Saracenicum regnum paulatim conquisierunt. Drechsl.

4836

4840

Miserat Turcorum Princeps Tragolipacem, Mucaletum Michaelis filium, cum 3. milibus Turcorum, qui paulo post cæso Machumeto, Persarum rege, rex Persiæ declaratus est, & Sultanus appellatus. Cedre. pag. 633. b. & 634. a. b. Cæperunt Turcæ primum Persidem, deinde Babylonem. Cedre. pag. 634. a. b.

870
G.

874
B.

– 3. Nonas Iunij, anno 871. Ludouicus 2. Imp. Romæ coronatus est ab Hadriano 2. pontifice. Onuph. Annonius addit die pentecostes, quod in hunc annum quadrat.

4837

4841

– Circa Cal. Aug. anno 875. obijt Ludouicus 2. Imp. succedit eius frater CAROLVS CALVVS rex Franc. qui imperauit in Occidente annos 2. menses 2. & dies aliquot. Onuph.

Hactenus Saracenorum Principum & Amiratum tempora & successio extant, deinceps vero quia per omnia Romani Imperij regna grassati sunt, & in multos reges diuisi, alio conuersis historijs, domestici eorum reges scriptoribus caruerunt.

871
F. E.

875
A. C.

4838

4842

Mundi. *Christi.* *Mundi.* *Christi.*

Mundi & veri.	Christi.		Mundi.	Christi.	
	876 F.	– 5. Cal. Septemb. anno 876. obijt Ludouicus Senior, rex Germaniæ, eodem die cæperunt regnare eius filij, Carolus Crassus in Germania, regnauit annos 11. menses 4. dies 16. Carolomannus in Italia & Bauaria annos 3, m, 7, d, 6. Onuph.		880 A.	
4843	877 E.	– Pridie Non. Octob. anno 877. obijt Carolus Caluus Imp. & rex Franc. Schafn. Marian. Onuph. Successit eius filius LUDOVICUS 3. Balbus, rex Franc. & Imp. qui imperauit in Occidente annum 1. menses 6. dies 5. Onuph. Obijt Carolus Caluus anno regni sui 38, Imperij 3. (currentibus.) Alberic.	4847	881 G.	
4844 ☾ ☉. a.	878 D.	– 16. die Octob. fuit magna eclipsis Lunæ. Regino. Et rursum 4. Cal. Nouemb. anno 2. Imperij Ludouici, Domini 878. magna fuit Solis eclipsis. Marianus. Regino.	4848	* Indictio prima. 882 F.	– 18. Cal. Ianuarij, anno 882. obijt Ioannes 8. pontifex. Vacat sedes dies 3. Sucedit 15. Calend. Ianuarij Marinus Gallesianus Tuscus, qui Imp. Cæs. Carolo 3, Aug. sedit an. 1. m. 2. d. 28. Onuph.
4845 ☾. b. ☉. ♎. b.	879 C. B.	– 4. Idus Aprilis, die parasceues, iam vespere Ludouicus Balbus Imp. & rex Franc. obijt. Annon. In eius locum factus est Imp. Cæs. CAROLUS 3. CRASSUS, Ludouici, regis Germaniæ filius. Imperauit in Occidente annos 8. mens. 7. Onuph. Schafn. Et Ludouicus Balbi filius rex Franc. qui regnauit annis 5. mens. 4. diebus aliquot, participe regni eius fratre Carolomanno 2. qui rex factus est Burgundiæ & Aquitaniæ. Onuph.	4849 ♌ ♎ ♑		– Eclipsis Lunæ ab Albategnio obseruata Aractæ, anno 1194. ad Hilcarnaim, à morte Alexandri 1206. die 23. mensis Temur (Iulij.) Medium eius fuit post huius diei meridiem horis 8. æqualibus, & modico amplius. Sol medio motu obtinebat 5. 51. Leonis, vero autem, 4. 5. Leon. perambulauerat. Locus Lunæ æqualis 8. 45. Aquar. verus, in directo Solis. Motus Lunæ æqualis in epicyclo à longiore longitudine 93. verus autem 94. 10. Debuisset hæc eclipsis iuxta Ptolemei calculos præcedere tempus ab Albategnio notatum tribusquartis horæ æqualis. Al-
4846		– 4. Non. Aprilis, anno 880. obijt Carolomannus, Italiæ rex. Onuph. anno proximo post Ludouicum Balbum. Mass.		883 E. D.	– Aequinoctium autumnale obseruatum Aractæ ab Albategnio anno à morte Alexandri 1206. & Hilcarnaim 1194. ante Solis ortum per 4. horas, dimidiam ac quartam fere, die 19. mensis Elul. (Septembris) ex Romanorum mensibus, quod est 8. die mensis Pachon. Distat ab æquinoctio Ptolemei anno 3. Antonini obseruato annis Aegyptijs 743. diebus 178. & horis 18. minus duabusquintis vnius horæ fere. Albat.

bateg. cap. 30. pag. 36. d.

4850

– 17. Cal. April. anno 884. obijt Marinus Gallesianus pontifex. Vacauit sedes dies 2. Succesit 15. Cal. Aprilis Hadrianus 3. Romanus, qui Imp. Cæs. Carolo 3. Aug. sedit ann. 1. mens. 1. dies 22. Onuph.

– Mense Augusto, anno 884. obijt Ludouicus Balbi filius, rex Franc. regnum deinde solus obtinuit eius frater Carolomannus annum 1. Onuph.

884 C.

4851

– 7. Idus Maij, anno 885. obijt Hadrianus 3. pontifex. Vacauit sedes dies 3. Succesit 4. Idus Maij Stephanus 6. qui Impp. Cæs. Carolo 3. & Arnulpho Augg. sedit ann. 6. d. 14. Onuph.

Anno 885. ab apro occisus est Carolomannus, rex Franc. Ludouici Balbi filius. Nic. Gill. in Ann. Franc. pag. 61. C. Regnum suscepit eius filius Ludouicus Nihilus, qui paulo post eodem anno mortuus est, Succesit deinde Imp. Cæs. Carolus Crassus, qui regnauit annos 3. (non integros.) Onuph.

885 B.

– Cal. Martij, anno 886. obijt Basilius, Imp. Orientis, succesit eius filius LEO PORPHYROGENITUS, qui & cognominatus fuit Philosophus, Imperauit in Oriente annos 22. m. 3. d. 4. Onuph.

4852

886 A.

4853

4854

– Anno 887. mense Nouembri, cæpit Carolus Crassus egrotare, Marian. 4. Idus Nouemb. eodem anno coactus à proceribus imperij abdicauit. Eodem die cæpit imperare ARNULPHUS siue Arnoldus, filius Carolomanni, regis Germaniæ, qui imperauit in Occidente annos 12. m. 1. d. 19. Onuph.

887 G. F.

– Pridie Idus Ian. ann. 888. Carolus Crassus amotus est regno Franciæ. Succesit Carolus Simplex, Ludouici Balbi filius, sed sub tutore Odone, qui paulo post regnum sibi sumpsit. Eodem anno cæpit RODOLPHUS, Cõradi filius, regnare in Burgundia, & imperare in Italia contra Arnulphum Imp. Regnauit & imperauit annis plus minus 50. Onuph.

Berengarius item Eberhardi Foroiuliensis Ducis filius, à Longobardis Principibus Ticini, post obitum Imp. Caroli, rex Italiæ appellatus est anno 888. mense Ian. Regnauit & imperauit contra Arnulphum Imperatorem, Vuidonem, Lambertum, Ludouicũ Impp. Italiæ, & contra Rodolphum, Burgundiæ & Italiæ regem annos plus minus 36. Onuph.

Vuido quoq;, Lamberti Ducis, Spoletani filius, ab Italicis Principibus contra Berengarium Papiæ, rex Italiæ appellatus est. Imperauit ann. 6.

888 E.

Odo, Roberti Andegauensis filius, tutor Caroli Simplicis, rex Francorum appellatus est mense Ian. regnauit annos 10. Onuph. Impositus est autem regno occasione Arnulphi Imp. qui cum Crasso in Imperio succesisset, etiam regnum Franciæ sibi arrogauit, atque aliquandiu administrauit, donec reclamante Balduino, Comite Flandriæ, & Fulcone Remensi Archiep. Odo regnare iussus est. vt videre est apud Paul. Aemil. pagina 59. a.

4855

– 12. Iunij, anno 889. obijt Carolus Crassus, iamdudum Imperio priuatus. Mass. Marian.

889 D.

4856

890 C.

– 9. Cal. Martij, anno 891. Vuido rex Italiæ coronatus est Imp. Indict. 9. à Stephano pontifice 5. Onuph.

– 8. Cal. Iunij, ann. 891. obijt Stephanus 6. pontifex. Vacat sedes dies 5. Succedit pridie Cal. Iunij Formosus Portuensis, qui Imp. Cæs. Ar-

4857

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

⊙. a.

– Anno 1202. ad Hilcarnaim, & 1214. à morte Alexandri Sol eclipsim passus est, 1. hora temporali post meridiem primæ diei mensis Ab Aractæ. Sol in vera cōiunctione medio motu erat in gr. 20. 54. Leonis, vero autem in 19. 14. eiusdē. Lunæ medius locus in gr. 17. 50. Leonis, verus autem cum Sole, à maxima epicycli longitudine 332. 57. Motus latitudinis eius 177. 11. Latitudo septentrionalis 16. minutorum. Defecit Sol duabustertius diametri, cùm iuxta Ptolemei calculos debuisset tribusquartis deficere & amplius. Præcedere etiam tempus notatum debebat iuxta eosdem hora 1. Albateg. cap. 30.

891 B. A.

Anno 892. Lambertus à Vuidone Imperatore patre rex Italiæ appellatus est Papiæ. Regnauit cum patre annos 3. in vniuersum autem annos 8. Onuph.

4858

892 G.

– 0 20.
Initium cycli decemnoualis.

4859

893 F.

Anno 894. reductus est ex Anglia Carolus Simplex, & coronatus Remis rex Franc. propter quod offensus Odo

4860

Mundi veri. *Christi.*

nulpho Aug. sedit annos 5. m. 6. d. 18. Hic omnium primus ex episcopo factus est Papa. Contra hunc electus Sergius 3. post dies aliquot coactus abdicauit. Onuph.

eius tutor diu illi restitit regnum sibi seruare volens. Nic. Gill. pag. 63. b.

Eodem anno obijt Vuido Imp. Italiæ, & statim à morte eius **Lambertus**, eius filius Romæ à Formoso PP. coronatus est. Imperauit deinceps annos plus minus 5. Onuph.

894 E.

4861

895 D. C.

4862

896 B.

– 16. Cal. Ian. anno 896. obijt Formosus PP. Vacat sedes dies 2. Succedit 13. Cal. Ian. **Bonifacius** 6. qui Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit dies 15. Obijt 3. Nonas Ian. Vacat sedes dies 4. Succedit 6. Idus Ianuarij **Stephanus** 7. dictus 6. qui Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit ann. 1. m. 3. Onuph.

4863

* *Inditio prima.*

897 A.

– 8. Idus Aprilis, anno 898. obijt Stephanus 7. PP. Vacauit sedes dies 3. Successit 4. Idus April. **Romanus Gallesianus** Tuscus, qui Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit m. 4. d. 23. Obijt Cal. Septemb. Vacat sedes dies 8. Onuph.

4864

Mundi. *Christi.*

– 4. Idus Septemb. electus est PP. Theodorus 2. Romanus, qui Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit dies 20. Obijt 3. Cal. Octob. Vacat sedes dies 11. Succedit 5. Idus Octob. Ioannes 9. Tiburtinus, qui Imp. Cæs. Arnulpho Aug. sedit ann. 2. dies 15. Onuph.

898
G.

– 3. Non. Ian. anno 898. (exeunte) obijt Odo rex Francorum. Succesit Carolus Simplex, Ludouici Balbi filius, qui cum 5. circiter annis contra Odonem regnasset, nunc solus regnat annos 27. & mëses aliquot. Onuph. Masl. Meyerus notat Odonis mortem anno 899. & similiter Nicol. Gill. pag. 63. b.

4865

Anno 899. occisus est Lambertus, Imp. Italiæ. Eodem anno LVDOVICVS 4. Bosonis Prouinciæ regis filius, Imp. Italiæ, Ticini ab Italicis Principibus contra Berengarium appellatus est, qui regnauit annos 2. deinde coronatus imperauit annos 3. Onuph.

899
F. E.

– 3. Cal. Decemb. anno 899. obijt Imp. Arnulphus, succesit eius filius LVDOVICVS 4. Germaniæ rex, qui regnauit in Occidente annos 12. Onuph.

4866

900
D.

– 8. Cal. Nouembris, anno 900. obijt Ioannes 9. pontifex. Vacat sedes dies 9. Succedit pridie Nonas Nouemb. Benedictus 4. Romanus, qui Imp. Cæs. Ludouico 4. Arnulphi filio Aug. sedit annos 4. m. 6. d. 15. Onuph.

4867

– Eclipsis Lunæ obseruata ab Albategnio Antiochiæ, anno ad Hilcarnaim 1212. à morte Alexandri 1224. post medium secundæ diei mensis Ab, horis 15. & tertia fere horæ parte. In Aracta vero post meridiem 15. horis, & tertia ac quarta fere, Sole medio motu in 16. 10. Leon. vero in 14. 36. Leon. Luna medio motu in 19. 54. Aquar. ab Apogeo epicycli æquali motu 110. 7. vero autem 91. 5. Latitudinis æqualis motus 189. 10. verus autem 185. 51. Hæc debuisset iuxta Ptolemei calculos prior esse 50. minutis horæ æqualis. Albateg. cap. 30. pag. 37. a.

901
C.

4868

Mundi. *Christi.*

902
B.

4869

903
A. G.

4870

– Mense Aug. anno 904. Ludouicus Bosonis filius, Imp. Italiæ, coactus à Berengario Imperatore, item Italiæ abdicauit. Onuph.

904
F.

– 15. Cal. Iunij, anno 905. obijt Benedictus 4. pontifex. Vacat sedes dies 6. Succedit 8. Cal. Iunij Leo 5. Ardeatinus, qui Imp. Ludouico 4. Aug. sedit m. 1. dies 10. hic 5. Non. Iulij coactus abdicauit. Eodem die per schisma creatus Christophorus Romanus, qui eodem Imp. sedit menses 7. Abdicauit coactus 3. Non. Febr. anno 906. Onuph.

4871

☾. a.

905
E.

– Pridie Non. Februar. anno 906. electus est in pontificem Sergius 3. qui Imp. Ludouico 4. sedit annos 7. m. 3. d. 16. Onuph.

4872

Mundi. *Christi.*

906 D.

910 F.

☾. a. – Lunæ defectus maximus 13. mensibus ante mortem Leonis Imp. Constantinop. Cedren. pag. 498. a. 499. a.

4873

4877

907 C. B.

911 E. D.

– Anno 911. mense Decembri obijt Ludouicus 4. rex German. Successit CONRADVS, filius Conradi, ducis Franconiæ, qui regnauit in Occidēte annos 7. menses 6. Onuph.

–○ 21.
Initium cycli decemnoualis.

– Idibus Maij, die pentecostes, anno 908. Constantinus Porphyrogenitus paulo ante patris mortem à patre Leone Augustus appellatus est. Imperauit in vniuersum (annos 51. menses 6. fere.) Onuph. In primis cum Alexandro patruo ann. 1. m. 1. Onuph.
Pridie Nonas Iunij, anno 908. obijt Leo 6. Imp. Orientis, successit frater eius FL. ALEXANDER Pius, Basilij Imp. filius, & Constantinus 8. Porphyrogenitus Leonis Imp. filius, qui vna imperarunt annum 1. m. 1. Onuph. Zonar.

Anno 912. Constantinus Ducas, Alexij filius, Imperator in Oriente appellatus, mox occisus est. Onuph.

4874

4878

* – *Indictio prima.*

908 A.

912 C.

– 8. Cal. Ianuarij, anno ineunte 913. Berengarius rex Italiæ Romæ à Sergio 3. coronatus est Imp. Aug. Onuph.

– 13. Cal. Iunij, anno 913. obijt Sergius 3. pontifex. Vacat sedes dies 7. Successit 6. Cal. Iunij Anastasius 3. qui Imp. Cæs. Conrado Franco sedit annos 2. m. 2. d. 29. Onuph.

4875

4879

– Anno 909. circa Cal. Iulij Onuph. 7. Iunij Cedreno, (forte 7. Iulij legendum) obijt Alexander Imp. Orientis, Imperauit deinceps FL. CONSTANTINVS 8. Porphyrogenitus, Leonis 6. filius annis (50. m. 4.) ac primum ex ijs 22. cum matre Zoe. Onuph.

909 G.

913 B.

4876

4880

Mundi & veri. *Christi.* *Mundi.* *Christi.*

914
A.

4881

- 9. Cal. Septemb. anno 915. obijt Anastasius 3. PP. Vacat sedes dies 2. Succedit 6. Calend. Septembris Lando Sabinus, qui Imp. Cæs. Conrado Franco sedit menses 4. dies 22. Onuph.

915
G. F.

- 16. Cal. Febr. anno 916. obijt Lando PP. Vacat sedes dies 26. Succedit Idibus Febr. Ioannes 10. Romanus, qui Impp. Cæss. Cōrado Franco & Henrico Aucupe Augg. sedit annos 14. menses 2. dies 15. Onuph.

4882

916
E.

4883

917
D.

4884

Mundi. *Christi.*

918
C.

- Romanus Lacapenus mense Decembri (Indict. 7) Imperatorio diademate redimitus est cum Constantino, Leonis filio, puero adhuc, imperaturus donec adolescat ille. Cedren. 509. b.

4885

- Anno 919..... Iulij obijt rex German. Conradus, in eius locum circa Cal. Iulij eodem anno HENRICVS Auceps rex à Germanis appellatus est, qui regnauit annos 17. Onuph. Trit. in chron. Hirsaug. scribit Conradum obijsse 10. Cal. Ian. anno 918. (forte interregnum fuit aliquot mensium, nisi ibi legendum sit 10. Cal. Iulij.

919
B. A.

4886

920
G.

4887

- Pridie Non. Septemb. ann. 921. Romanus Lacapenus à Constantino Leonis filio socer adscitus est, & Cæsar appellatus. Eodem anno Phocas Domesticus Legionum imperium arripuit contra Constantinum & Lacapenum, sed paulo post captus, oculisq; priuatus est. Onuph.

921
F.

- 8. Cal. Ian. ann. 922. ineunte Romanus Lacapenus, Augustus creatus est. Imperauit cum Constantino 8. genero suo annos plus minus 26. Onuphr.

- Mense Ian. anno 922. RODOLPHVS dux Burgūdiæ, appellatus est rex Italiæ contra Berengarium à Principibus Italiæ. Regnauit annos plus minus 4. Onuph.

Anno 922. Fl. Christophorus cum Fl. Romano Iuniore filio, à Romano Lacapeno patre Imp. appellatus, & à Nicolao Mystico Patriarcha coronatus

4888

Mundi. *Christi.*

est. Imperauit Christophorus cum Constantino 8. & patre suo annos plus minus 10. Filius quoq; eius aliquot annis imperauit, & mortuus est. Onuph.

922 E.

4889

923 D.C.

– Circa mensem Decemb. anno D. 923. occisus est Berengarius, rex Italiæ. Onuph.

4890

924 B.

Anno 924. Flauij Stephanus & Constantinus 9. Romani Lacapeni filij Impp. Orientis, à patre appellati sunt, & coronati à Stephano 2. Patriarcha. Imperarunt cum patre annos plus minus 23. Onuph.

4891

925 A.

4892

Mundi & veri. *Christi.*

– Carolus Simplex rex Franc. obijt in carcere Peronæ anno 926. Meyer. Sigeb. successit 3. Idus Iulij **Rodolphus**, Ricardi filius, dux Burgundiæ, qui solus regnauit in Francia annis 2. Io. Til. ex Chron. D. Dionysij, Sigeberto & Phrigione. In vniuersum autem solus pariterq; contra Ludouicũ Transmarinum annos 12. fere. Aemil. Guagnin.

Eodem anno mense Iulio HVGO, comes Arelatensis, rex Italiæ appellatus, Papiæ à Principibus Italiæ contra Rodolphum regem. Regnauit annos 20. in Italia. Onuph.

Anno D. 926. Rodolphus dux Burgundiæ, regno Italiæ sponte abdicauit. Onuph.

926 G.

4893

* – *Indictio prima.*

927 F. E.

– 13. Cal. Iunij, anno 928. **Ludouicus Transmarinus**, Caroli Simplicis filius, rex Franciæ consecratur contra Rodolphum Burgundum, regnat annis 16. m. 3. Onuphrius. Mass. & Til. 27. annos. Sigebertus reditum eius ex Anglia, & restitutionem in regnum notat anno 928. & inde dicit 27. annos regnasse.

Annonius 16. annos regnasse ait cum Onuphrio, sed intelligendum hoc est vsq; ad Hugonem, comitem Parisiensem, regnum inuadentem.

4894

928 D.

4895

929 C.

– 5. Cal. Maij, anno 930. suffocatus est Ioannes 10. pontifex. Eodem die succedit **Ioannes** 11. qui Imp. Henrico Aucupe Saxone Aug. sedit annos 4. m. 10. d. 15. Onuph.

4896

Mundi. *Christi.*

930 B.

—o 22.
Initium cycli decemn. Dionysij, à Beda continuati.

4897

Anno 931. obijt Fl. Christophorus, Imp. Orientis. Romani Lacapeni filius. Onuph.

931 A. G.

4898

Anno D. 932. postquam Arnoldum, ducem Bauariæ, Italiæ regnum inuadentem. Italia exegisset Hugo Arelatensis, Lotharium filium suum regem Italiæ appellauit. Ticini. Regnauit hic in Italia ann. 18, & mens. aliquot, cum patre 15. solus 4. Onuph.

932 F.

4899

933 E.

4900

934 D.

— 3. Idus Martij, anno 935. obijt Ioannes 11. pontifex. Vacat sedes diem 1. Succedit Idibus Martijs Leo 6. qui Imp. Henrico Aucupe Aug. sedit menses 6. dies 15. Onuph.

4901

— 3. Cal. Octob. anno 935. obijt Leo 6. pontifex. Vacat sedes dies 10. Succedit 6. Idus Octob. Stephanus 8. qui Imp. Cæs. Henrico Aucupe sedit annos 2. m. 1. d. 15.

935 C. B.

4902

— 6. Non. Iulij, anno 936. obijt Henricus Auceps German. rex, successit eius filius OTTO MAGNVS, qui regnauit & imperauit annos 36. menses 10. dies 6. Regnauit annos 25. m. 5. d. 23. Onuph.

936 A.

— 18. Cal. Iunij, anno 937. obijt Rodolphus, Dux Burgundiæ & rex Franciæ. Onuph. Til.

4903

— 8. Cal. Decemb. anno 937. obijt Stephanus 8. pontifex, dictus 7. Vacat sedes dies 2. succedit 5. Cal. Decemb. Leo 7. qui Imp. Cæs. Ottone Saxone sedit annos 2. m. 6. d. 12. Onuph.

937 G.

4904

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

Mundi & veri.	Christi.		Mundi.	Christi.	
	938 F.			* Indictio prima. 942 A.	10. Cal. Nouemb. anno 942. obijt Stephanus PP. 9. Vacat sedes dies 10. Sequutus est 3. Nouemb. Marinus 2. Iunior, qui Imp. Ottone. sedit annos 3. menses 6. dies 13. Onuph.
4905			4909		
	939 E. D.			943 G. F.	
4906		8. Idus Maij, anno 940. obijt Leo 7. PP. Vacat sedes m. 1. Succedit 5. Idus Iunij Stephanus 9. dictus 8. qui Imp. Cæs. Ottone Magno Aug. sedit annos 2. menses 4. dies 15. Onuph.	4910		
	940 C.			944 E.	16. Decemb. Indict. 3. Stephanus Romano Lacapeno patri suo Imperium abrogat, 26. iam annum imperanti, sed idem mox 17. Ianuarij cum fratre Constantino rasus ablegatur. Cedren. pag. 522. b. 523. a. Hugo Magnus Com. Parisiensis regnum Francorum tyrannide contra Ludouicum Transmarinum inuadit anno 945. Sigeb. Til.
4907			4911		
	941 B.			945 D.	
4908			4912		Idibus Maij, anno 446. obijt Marinus 2. pontifex. Vacat sedes dies 3. Succedit 14. Cal. Iunij Agapetus 2. Iunior Romanus, qui Imp. Ottone sedit annos 9. menses 7. dies 10. Onuph.

Anno 946. obijt Hugo Arelatensis, rex Italiæ. Regnauit deinceps eius filius LOTHARIVS annis 4. Onuphrius.

BERENGARIVS Iunior, Alberti Eporediæ Marchionis filius, rex Italiæ appellatus est, regnauit annos 14. Albertus eius filius rex à patre appellatus, totidem annos cum illo regnauit. Onuph.

946 C.

950 E.

4913

4917

947 B. A. Romanus 3. Porphyrogenitus à Constantino 8. patre Augustus appellatus est, & coronatus à Theophilo patriarcha anno 947. Imperauit cum patre annos 15. Onuph.

951 D. C. – Diploma extat in Antiq. Belg. pag. 188. b. datum anno D. 952. Indict. 10. anno D. Ottonis in Italia primo, in Francia (Orientali & Germania intellige) 16. 12. Cal. Februarij. Papiæ.

4914 – Anno 948. Romanus Lacapenus cum filijs Stephano & Constantino 9. coacti abdicarunt, solusq; Constantinus 8. Porphyrogenitus cum filio suo Romano 3. Nobiliss. Cæs. Orientis Imperium obtinuit. Onuph.
Mense Iulio, 6. Indictione obijt Romanus Lacapenus, solus deinde Constantinus Porphyrogenitus imperat Constantinopoli annis 15. Cedren. pag. 523. a. 529. a.

4918

948 G. Anno eodem Ludouicum, regem Franciæ, Hugo Comes Parisiensis captum Lugduni detinuit, quod audiens Otto Imp. Lugdunum cæpit, & Ludouicum restituit. Sigeb. Mass. Meyer.

952 B.

4915

4919

949 F.

953 A.

–o 23.
Initium cycli decemnoualis.

4916 Anno 950. obijt Lotharius, rex Italiæ. Eodem anno BE- 4920

Mundi. Christi. Mundi. Christi.

954
G.

958
B.

4921

4925

– Mense Septembri, (anno 955. Sigeb.) obijt Ludouicus Transmarinus, rex Francorum. Annon. Onuph. Successit illi filius **Lotharius** 2. qui regnauit annos 31. Sigeb. Til.

– 9. die Nouembris, Indict. 3. obijt Constantinus Imp. Orientis, succedit ei filius ROMANVS PVER Porphyrogenitus, qui imperat annis tribus & vltra. Zonar. pag. 158. b. Coronatus fuit à Nicolao Patriarcha, mense Decembri. Idem 151. a. Imperauit annos 3. mens. 4. dies 5. Cedren. pag. 532. a.

955
F. E.

– 5. Cal. Ian. ann. 955. obijt Agapetus PP. Vacat sedes dies 12. Succedit 4. Idus Ianuarij **Ioannes** 12. qui Imp. Cæs. Ottone. sedit annos 8. menses 4. dies 5. Onuphrius, (8. anni minus 15. diebus quadrant.

959
A. G.

Anno 960. **Basilius** & Constantinus 10. Romani 3. Porphyrogeniti filij, Cæsares creati sunt à patre, eiecti imperio à Nicephoro, restituti à Ioanne Zimisce. Onuphrius.

4922

4926

956
D.

960
F.

– 16. Cal. Iunij, anno 961. fuit Solis eclipsis. Regin. appendix.

☉. b.

4923

4927

* Indictio prima.

957
C.

961
E.

– 8. Cal. Ian. ann. 962. ineunte Otto Imp. Aug. coronatus est Romæ à Ioannne P.P. 12. Onuph. Sic Italiæ & Romanum Imperium cum reliquo Occidentis imperio reuinctū est, hactenus à morte Caroli Magni sæpius diuisum ac laceratum.

– 3. Cal. Iunij, die pentecostes, anno 958. **Otto** 2. rex Germaniæ à patre appellatus est, qui regnauit & imperauit annos 25. menses 6. dies 9. Onuph.

4924

4928

Mundi & veri. *Christi.* *Mundi.* *Christi.*

962 D.

– 15. Martij, Indict. 6. obijt Romanus Imp. Orientis. Cedren. pag. 532. a. b.

4929

– 16. Aug. die dominica, Indict. 6. NICEPHORVS Phocas creatus fuit Imp. Constantinopolitanus. Cedren. pag. 534. b. Imperauit annos 6. m. 6. Zonar. (menses 4. fere vt colligitur ex Cedreno collatis initijs Nicephori & Zimiscæ.

963 C. B.

– Idibus Decemb. anno 963. à Concilio Romæ iussu Imp. Ottonis Aug. congregato pontificatus Ioanni 12. abrogatus est, anno eiusdem 7. m. 11. d. 4. (die 14.) Eodem die subrogatus est Leo 8. Romanus, qui Imp. Cæs. Ottone Magno Aug. sedit ann. 1. m. 3. d. 5. Onuphrius.

Anno 964. 16. Cal. Febr. Io. 12. absente Ottone Aug. & Leone 8. Vrbe fugato pontificatum denuo recepit, tenuitq; m. 3. d. 28. contra Leonem 8. Onuphrius.

– Pridie Idus Maij, an. 964. obijt Ioannes PP. 12. Eodem die contra Leonē 8. creatus est Benedictus 5. sedit m. 1. d. 11. coactus ab Ottone Imp. 8. Cal. Iulij abdicauit, restitutus Leo 8. sedit menses 8. dies 22. Onuph. Anno 964. Berengarius Iunior & Albertus eius filius ab Ottone 1. Imp. regis Italiæ exacti sunt. Onuph.

4930

964 A.

– 16. Cal. April. anno 965. obijt Leo PP. Vacat sedes menses 6. dies 15. Onuph.

Albertus, filius Berengarij, iterum à proceribus Italiæ contra Ottonem primum, Imperator appellatus est & regnauit annos 3. & menses aliquot. Onuph.

4931

– 6. Non. Octob. Ioannes 13. factus est PP. qui Imp. Cæs. Ottone Aug. sedit annos 6. menses 11. dies 5. Onuphrius.

965 G.

4932

966 F.

4933

967 E. D.

– 8. Cal. Ian. anno 968. ineunte Otto 2. Imp. Romæ coronatus est. Onuph.

4934

Anno 968. Albertus prælio victus, & regno Italiæ exactus est ab Ottone 1. Imp. Onuph.

968 C.

– 22. Decembris, anno 968. Indictione 12. hora 3. (ab ortu Solis) fuit Solis eclipsis Constantinopoli. Cedren. ☉. b.

–o 24.
Initium cycli decemn.

4935

969 B.

– 11. Decemb. Indict. 13. Nicephoro Phoca Imp. Orientis occiso, cæpit imperare IOANNES Zimisca cum Basilio & Constantino Cæss. Romani 3. Porphyrogeniti filijs. Imperauit annos 6. menses 6. Cedren. pag. 545. a. (Anni tantum 6. colliguntur ex Cedreno initijs, Zimiscæ & Basilij collatis.

4936

Mundi. *Christi.* *Mundi.* *Christi.*

970 A.

4937

971 G. F.

4938

— 8. Idus Septemb. anno 972. obijt Ioannes 13. PP. Vacat sedes dies 14. Succedit 12. Cal. Octob. Benedictus 5. dictus 6. qui Imp. Cæs. Ottone Aug. seddit ann. 1. menses 6. Onuph.

* *Indictio prima.*

972 E.

— Nonis Maij, anno 973. 4. feria ante pentecostes obijt Otto, Imp. Occidentis. Onuph. Mass. Imperat consequenter OTTO 2. eius filius annos 10. m. 7. d. 2. Onuph.

4939

973 D.

— 14. Cal. Aprilis, anno 974. coactus abdicauit Benedictus 5. Pridie Cal. Aprilis creatus est PP. Bonifacius 7. qui Imp. Cæs. Ottone Iuniore Aug. sedit ann. 1. m. 1. d. 12. Onuph.

4940

Mundi & veri. *Christi.*

974 C.

